UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

**Heynlin, Johannes**

**Colonie, 1501**

**VD16 H 3452**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 5974.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Reſolutoriumdu
# biorū circa celebrationē miſſaꝝ

occurrentiū. per venerabilem dominū Joannē de lapide do
ctorem Theologum pariſienſem. ordinis Cartuſienſis. ex ſa
crorum canonum probatorumq; doctorum ſententijs dili/
genter collectum.

# Summarium operis

¶ Sequentis operis (in quo dubia circa miſſaꝝ celebra-
tionē occurrentia ꝓtractantur) diſtinctio cū ſummario in ſin-
gulis partibus contentoꝝ exponitur

Totus ſequens tractatus in decem ca-
pitula partitur.

I Premittit intentōnem collectoris cum materia tractanda. tra-
ctandorumq́ numero. diſtinctione ⁊ ordine

Eſt de dubijs occurrētibus circa
ij Miniſtrum ſiue ꝑſonam ad celebrandū idoneam.
iij Locum celebrandi ꝯuenientem
iiij Tempus congruum in quo celebrari debet.
v Materialia exteriora que ad ornatum vel ꝯgruen-
tiam celebrationis requiruntur
vi Ceremonias conſuetas ⁊ obſeruandas in miſſa et
circa eam tam in agendis q̄ȝ in dicendis.
vij Materiā ad ꝯſecrandū aptā .panem ſcȝ ⁊ vinum.
viij Conſecratōis iſtius ſacramenti debitam formam.
ix De intentione ⁊ ratione eorum que in miſſa dicuntur
x De ratione ⁊ ſ̄catōne eorum que in miſſa ⁊ circa eam agun-
tur cum breui epilogo ⁊ concluſione huius operis.

## Capitulum primum habet duos tractatus

¶ Primus tractatus premittit collectoris intentōnem. materiamq́ tra-
ctandam annotat. Secundus per reſolutōnem dubij exponit tractando-
rum numerum. diſtinctionem atq́ ordinem

## Capitulum ſecundum quinq́ includit articulos

¶ Reſoluit ſex dubia circa miniſtrum celebraturum ratōne ordinis ⁊ of- Arti. i.
ficij ſui exequutionis occurrentia.

I Quis ſit miniſter ad celebrandum idoneus quantū ad perſo-
ne conditōnem.
ij De eo qui credit ſe in ſacerdotem rite eſſe ordinatum. ⁊ tamē
non eſt ſic ordinatus.
iij De eo q̄ poſt miſſam inceptā hȝ ꝯſciam ꝙ nō ſit rite ordinatꝰ Dubiū
iiij De heretico. ſciſmatico. degradato ⁊c. an ſcȝ tales poſſint ꝯfi-
cere hoc ſacramentum ⁊ ordinate celebrare.
v De eo q̄ poſt miſſam inceptam recordaṙ vel ꝑcipit ſe eſſe excō-
municatum de quo prius non habuit memoriam aut neſciuit.
vi De eo q̄ poſt miſſam inceptā hȝ remorſum de irregularitate.

¶ Reſoluit ſex dubia q̄ incidūt circa diſpōnem corporis ipſius miniſtri. Arti. ij.

I De ſacerdote muto vel priuato loquela
ij De eo qui habet aliquem alium corporis defectum.
iij De ſacerdote leproſo.

# Summarium

iiij De patiente morbum caducum
v De eo qui patitur fluxum ſanguinis vel ſeminis
vi De polluto pollutione nocturna

**Arti. iij**

¶ Reſoluit decē dubia emergētia circa habitudinē mentis ipſius miniſtri celebraturi q̄ꝫtū ad intentōem. vſum rōnis. culpā ꝛ gratiam.

I An requiratur intentio miniſtri.
ij Quid celebraturus intendere debeat
iij Qualis debeat eſſe intentio. an ſcꝫ actualis requiratur?
iiij De ſacerdote furioſo lunatico. vel alia ex cā vſu rōnis ꝓuato
v De ſacerdote demoniaco
vi De eo qui eſt in peccato mortali
**Dubiū** vij De certitudine requiſita ꝙ nō ſit in peccato mortali.
viij De eo qui eſtimat ſe eſſe in peccato mortali licet nō ſit.
ix De eo qui poſtq̄ꝫ miſſam incepit vel preparatus eſt recordat peccati mortalis de quo nō eſt confeſſus
x De perpetrante peccatum luxurie ꝛ ſtatim poſt hoc peniten te et confitente

**Arti. iiij.**

¶ Reſoluit ſeptem dubia que oriuntur circa ieiuniū. ſobrietatem. ꝛ ſomnum miniſtri.

I De ieiunio ad miniſtrum celebraturum requiſito
ij De recordante poſt miſſam ſe ieiunium ſoluiſſe
iij De eo q̄ trāſglutiuit reliquias poſt comeſtionē in ore relictas
iiij De eo q̄ gargariſando vel os lauādo parꝝ aque trāſglutiuit.
**Dubiū** v De eo q̄ cibū vel potū tarda hora ſumptū nondū digeſſit.
vi De eo qui vomitum patitur vel paſſus eſt
vij De eo qui per totam noctem nō dormiuit.

**Arti. v.**

¶ Reſoluit quinqꝫ dubia circa celebratōnis abſtinentiam eiuſdemqꝫ frequentiam occurrentia.

I De omnimoda celebratōnis abſtinentia.
ij De celebratōnis frequentia.
iij De celebratōne quotidiana.
**Dubiū** iiij De eo qui ad celebratōnem bene diſpoſitus eſt. ꝛ tamen abſtinet propter ſacramenti reuerentiam.
v De celebratione vno die pluries fienda

## Capitulum tercium duos continet articulos

**Arti. i.**

¶ Reſoluit quinqꝫ dubia circa locum celebrandi communem (videlicet eccleſiam) incidentia

I Quis ſit locus cōmunis debitus ꝛ ꝯueniens ad celebrandū
ij An licite poſſit quis extra eccleſiam celebrare
**Dubiū** iij Quid agendū ſi in aliqua regione nō īueniat eccleſia ꝯſecrata
iiij An in mari aut in fluminibus liceat celebrare.
v An in omni loco conſecrato licite poſſit celebrari.

**Arti. ij.**

¶ Reſoluit ſeptem dubia que circa locum proprium celebratōnis (videlicet circa altare) occurrere poſſunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Reſoluit ſex dubia q̄ circa locū ꝓpriū ſcʒ altare occurrere poſſunt. Arti.ij.

I An licite celebrari poſſit ſuper aliquo alio q̄ altari
ij De qualitate altaris.
iij De operimentis ⁊ ornatu altaris.
iiij An ſuper quolibet altari conſecrato liceat celebrare. Dubiū
v De altaris portabilis ⁊ ad celebrandum apti quantitate
vi De omiſſione alicuius ſuprapoſitorum

## Capitulum quartum duos includit articulos.

¶ Reſoluit q̄ttuor dubia occurrētia circa tp̄s celebrādi cōmune. ſ. diem. Arti.i.

I An indifferēter in nocte ⁊ in die liceat celebrare.
ij An ne in aliqua nocte quis licite poſſit celebrare
iij An liceat ante initiū diei celebrare
iiij De celebrante qui credit diem incepiſſe ⁊ tū nondum incepit

¶ Reſoluit tria dubia q̄ ſe offerunt circa tempus celebrandi ſcʒ horam. Arti.ij.

I Qua hora diei celebrare liceat
ij A quo tempore accipiendum ſit principium diei
iij De non obſeruante tempus celebrandi debitum

## Capitulum quintum habet tres articulos.

¶ Reſoluit q̄nqʒ dubia q̄ circa veſtes ⁊ indumēta ſacerdotalia inſurgūt. Arti.i.

I An celebraturus ſpēalibꝫ debeat indui veſtibꝫ ⁊ indumētis
ij Que ⁊ quot ſunt huiuſmodi indumenta Dubiū
iij De benedictione talium veſtium.
iiij De celebrante abſqʒ veſtibus ⁊ indumentis benedictis
v De mūdicia taliū veſtiū ⁊ indumētoꝝ ceteroꝛūqʒ correqſitoꝝ.

¶ Reſoluit quattuor dubia que circa vaſa ad celebrandum oportuna et neceſſaria occurrunt. Arti.ij.

I An ad celebrandum ſpecialia requirantur vaſa.
ij Que ⁊ quot ſunt huiuſmodi vaſa
iij De materia talium vaſorum
iiij De conſecratione talium vaſorum

¶ Reſoluit octo dubia circa circumſtantias ⁊ alia exteriora ad miſſam occurrentia ⁊ neceſſaria Arti.iij.

I De neceſſitate libri miſſalis
ij De exigentia ignis ſiue luminis candele
iij De oportunitate miniſtrantis
iiij De conditōne ⁊ qualitate miniſtrantis
v Quid ſi miniſtrans recedat de altari dimittendo celebrantem ſolum. ⁊ poſtea reuertatur. Dubiū
vi Quid ſi poſtea non reuertatur
vij Quid de ſacerdote recluſo vl' heremita ⁊ ſolitario celebraturo
viij Quid ſi quis omittat aliquid de ſupradictis requiſitis.

# Summarium

## Capitulum ſextum tres in ſe claudit articulos.

Arti. i.

¶ Reſoluit decem dubia que oriuntur circa agenda ⁊ dicēda añ miſſam

i An aliquid ante miſſam ſpecialiter agendum ſit.
ij De debita ⁊ ſufficienti preparatōne ad celebrandum
iij Qualiter ⁊ in quib⁹ celebraturus ſe debeat ꝓbare ⁊ examinare
Dubiū iiij Quanta requiratur diligentia ad p̄dictam examinatōnem.
v De certitudine ſufficientis diligentie
vi In quo conſiſtat ſufficiens conſcientie purgatio
vij Quid ſi celebraturus non poſſit habere confeſſorem
viij De ornatu conſcientie celebraturi
ix An requirat̄ ꝑſolutio horaꝝ canonicaꝝ ante celebratōnem.
x An p̄ter ſupradicta ſint aliqua alia añ miſſaꝫ dicēda vl' agēda

Arti. ij.

¶ Reſoluit. xiiij. dubia circa dicenda ⁊ agenda in miſſa modumq; dicendi atq; agendi incidentia

i Que ſunt in miſſa dicenda ⁊ agenda. ⁊ quomodo
ij An aliquid in miſſa dici debeat quod in miſſali nō ꝯtinetur
iij An verba canonis ſecrete dici debeant
iiij An cetera verba alta ⁊ intelligibili voce dici debeant.
v An in memorijs debet aliquorum fieri nominatio.
vi An añ celebratōem poſſit haberi memoria aliquoꝝ noīatim.
Dubiū vij An requiratur attentio celebrantis circa dicenda ⁊ agenda.
viij An requiratur deuotio in celebrante.
ix An celebrans debeat ſtare capite diſcooperto.
x De quo debet fieri ablutio poſt ſumptionē ſanguinis
xi An ſacerdos a miſſa incepta poſſit deſiſtere
xij Quid ſi ſacerdos miſſa incepta moriat̄ vel in īfirmitatē īcidat
xiij Quid ſi celebranti ſanguis per nares erumpere incipiat
xiiij De ſacerdote omittente aliquid vel aliqua de ſuperiorib⁹.

Arti. iij

¶ Reſoluit quattuor dubia que occurrunt circa dicenda agenda ⁊ cauenda a ſacerdote poſt miſſam

i An aliqua ſpecialiter ſint dicenda poſt miſſe celebratōnem
ij An aliqua ſint ſpecialiter agenda poſt miſſam.
Dubiū iij Que ſint poſt celebratōnem cauenda.
iiij An ſtatim poſt miſſe celebratōem liceat comedere vel bibere.

## Capitulū ſeptimum ſex continet articulos

Arti. i.

¶ Reſoluit ſex dubia circa panem conſecrandum occurrentia

i Quis ⁊ qualis debeat eſſe panis conſecrandus
ij Quid ſi ſacerdos percipiat panem non eſſe triticeum vel indebite fore confectum
Dubiū iij Quid ſi panis appoſitus percipiatur eſſe corruptus.
iiij Quid ſi panis non fuerit appoſitus vel fuerit ablatus.
v Quid ſi panis ſit diſpoſitus ad corruptōnem
vi An in aliquo caſu ſacerdos poſſit dicere miſſam ⁊ nō ꝯſecrare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Reſoluit hic octo dubia que incidunt circa panem conſecratum in alta ri ante ſumptionem. Arti. ij.

I An ſacerdos panem ꝯſecrans teneaꝛ ſumere panē ꝯſecratum
ij An in tali caſu teneaꝛ ſemꝑ totum panem ꝯſecratum ſumere
iij Quid agendū ſit de particulis ab hoſtia ꝯſecrata reſolutis
iiij Quid agendum ſit ſi hoſtia vel pars hoſtie ceciderit in cali-cem de manu celebrantis Dubiū
v Quid agendum ſit ſi ceciderit hoſtia vel eius particula ſupra terram aut lapidem. aut ſupra aliud huiuſmodi.
vi Quid ſi ſacerdos tāgit hoſtiā cū naſo barba mento aut veſte.
vij Quid ſi hoſtia ꝯſecrata aliq̄ caſu fuerit amota ď altari ꝛ amiſſa
viij Quid ſi corpus chriſti appareat ſub ſpecie carnis vel pueri

¶ Reſoluit ſeptē dubia circa corpus xp̄i poſt ſumptōnem occurrentia. Arti. iij.

I Quid ſi ī ſumptōe ſanguis remaneat ꝑs hoſtie ī fundo calicis
ij Quid ſi poſt ſumptōnem ſanguinis chriſti reperiantur parti-cule de hoſtia reſolute.
iij Quid ſi poſt ſumptōnem ſanguinis chriſti reperiatur ſuper al tare aliqua integra hoſtia
iiij Quid agendum eſt ſi celebrans ſtatim poſt ſumptōnem cor-poris chriſti patiatur vomitum. Dubiū
v Quid ſi quis poſt ſumptionem ſtatim emittat per ſeceſſum
vi Quid ſi hoſtia ꝯſecrata ꝛ reſuata īueniaꝛ putreſcā vl' corrupta
vij Quid ſi hoſtia ꝯſecrata cōeſta fuerit a mure vl' alio aīali bruto

¶ Reſoluit. xiiij. dubia que ſe ingerūt circa vinū priuſq̄ꝫ conſecretur. Arti. iiij.

I Quod ꝛ quale debeat eſſe vinum conſecrandum.
ij Quid ſi loco vini alius liquor fuerit poſitus in calicem
iij Quid ſi impoſitum fuerit vinum corruptum
iiij Quid ſi ex negligentia nihil in calice poſitum fuerit
v Quid ſi vinum calici impoſitum ſit diſpoſitū ad corruptōem
vi An in muſto poſſit confici hoc ſacramentum
vij An vue integre permiſcere poſſint vino conſecrando
viij An confici poſſit hoc ſacramentum in nectare vel vino cōdito Dubiū
ix An poſſit in vino puro ꝯfici ſine permixtione aque.
x Que ꝛ qualis debeat eſſe aqua vino permiſcenda.
xi De quantitate aque vino permiſcende.
xij An ſufficiat ꝙ aqua vino permiſceatur in dolio
xiij An liceat ſacerdoti celebraturi non conſecrare vinum facta pri us conſecratōne panis.
xiiij Quid ſi vinum dum ꝯſecrari debet depꝛhendatur ꝯgelatum. Arti. v.

¶ Reſoluit octo dubia circa vinū ꝯſecratū ante ſumptōem incidentia

I Quid agendum ſi celebrans poſt ꝯſecratōnem percipiat aquā non fuiſſe vino admixtam
ij An ſacerdos celebrans teneatur ſemper ſumere vinum con-ſecratum ſiue ſanguinem chriſti
iij Quid ſi ſacerdos aliq̄s nō poſſit ſumereꝛ vinū ꝛ ſic neq̄ꝫ ſanguinē

iiij Quid ſi cū ſumi debeat ſanguis chriſti ſpēs vini ſit congelata
v Quid ſi aranea.muſca. vel aliquod tale huiuſmodi caſualiter ceciderit in ſanguinem chriſti.
Dubiū vi Quid ſi ante ſumptionem ſanguinis chriſti celebrans percipiat venenum eſſe immiſſum
vij Quid ſi ſanguis ī parte fuerit effuſus. aut de calice ſtillauerit
viij Quid ſi ſanguis ex toto fuerit effuſus.

Arti. vi. ¶ Reſoluit ſex dubia que circa ſanguinē poſt eius ſumptōnem occurrūt
I Quid ſi ſacerdos poſt ſumptōnem ſanguinis percipiat aliquā guttam adherere calici
ij Quid ſi huiuſmodi guttam percipiat adherere caſule. manipulo vel alteri huiuſmodi.
iij De ablutōe digitoꝝ faciēda ſup calicē poſt ſanguis ſumptōem
iiij De eo qui poſt ſumptōem corporis vel ſanguinis chriſti vrgetur ſputo vel tuſſi vel ſcreatione
v De patiente vomitum poſt ſanguinis chriſti ſumptionem vel emittendo per ſeceſſum
vi Quid ſi ſacerdos poſt ſumptōnem ſanguinis chriſti dephendat venenum aut animal venenoſum fuiſſe in calice

## Capitulum octauū duos cōprehendit articulos

Arti. i. ¶ Reſoluit. xvi. dubia circa formam conſecratōnis panis emergentia
I Quid ſit ſufficiens ⁊ debita forma conſecratōnis panis
ij An hec coniunctio (enim) ſit de ſubſtantia forme.
iij An ſacerdos proferens ſolum verba conſecratōis ſup panem aptum conſecret illum
Dubiū iiij An per illa verba in aliud ideoma mutata fiat conſecratio.
v An ſacerdos addendo aliq̄ alia ꝟba ad p̄dictā formā ꝯſecret.
vi An diminuens vel ſubtrahēs aliq̄d de p̄dicta forma ꝯſecret.
vij An incongrue proferens verba conſecratōnis conſecret
viij An faciens tranſpoſitōnem verboꝝ conſecret
Dubiū ix An faciens interuallum in prolatōne verborum conſecret.
x Quid ſi celebrans nō recolat ſe dixiſſe verba ꝯſecratōnis. aut aliqua alia que dici debent
xi An ſacerdos p̄ illam formam poſſit ꝯſecrare panem abſentem.
xij An ſacerdos poſſit conſecrare omnem panem preſentē in quacunq; quātitate fuerit.
xiij An ſacerdos verba conſecratōnis proferendo ꝯſecret omnem panem ſuper altari exiſtentem
xiiij An pluribꝫ hoſtijs appoſitꝭ ⁊ ſacerdote intentōez ſuā in ꝓlatōe ꝟboꝝ ſolū ad illā dirigente quā manu tenet oēs ꝯſecrent
xv Quid ſi ſacerdos intendat ſolum conſecrare centum hoſtias. et appoſite ſint plures vel pauciores.
xvi Quid ſi appoſite ſint multe hoſtie. ⁊ ſacerdos intendat ſolum aliquas illarum conſecrare.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Operis

¶ Reſoluit tria dubia que incidunt circa formam conſecratõnis vini. Arti. ij.

| | | |
|---|---|---|
| I | Que ſit ſufficiens ⁊ debita forma conſecratõnis vini | |
| ij | An omnia verba in illa forma poſita ſint de ſubſtantia forme. | |
| iij | De ſignificatõne huius dictõnis calix in forma predicta | Dubiũ |

## Capitulum nonum ſex in ſe continet articulos

| | | | |
|---|---|---|---|
| | I | | Preparatio. |
| ¶ Premittit diuiſionẽ | ij | | Oblatio. |
| totius miſſe in q̄nqȝ par | iij | fit | Conſecratio |
| tes p̄ncipales In; quaꝝ | iiij | | Sumptio |
| | v | | Gratiarumactio |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | ij | | Primam | |
| | iij | | Secundã | |
| Arti. | iiij | Subdiui- | Terciam | Exponit intentõnem ac |
| | v | dit partem | Quartã | rõem eoꝝ q̄ in ipa dicunt. |
| | vi | | Quintam | |

## ¶ Capitulum decimum habet articulos duodecim

| | | | |
|---|---|---|---|
| | I | | Lotio: |
| | ij | | Thurificatio. |
| ¶ Articulus primus | iij | | Altaris oſculatio. |
| enumerat decem gene | iiij | | Sacerdotis verſio ⁊ ſalutatio |
| ralia que in miſſa pre- | v | eſt | Geſtus variatio |
| ſertim ſolenni et circa | vi | | Iterata crucis ſignatio |
| eam aguntur. quoꝝ | vij | | Hoſtie fractio. |
| | viij | | Partis hoſtie in calicem miſſio. |
| | ix | | Oſculi pacis datio |
| | x | | Uini non conſecrati ſumptio |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ij | | Primi |
| | iij | | Secundi |
| | iiij | | Tercij |
| | v | | Quarti |
| Arti. | vi | Declarat rõem | Quinti. |
| | vij | et ſcatõnem | Sexti. |
| | viij | | Septimi. |
| | ix | | Octaui. |
| | x | | Noni. |
| | xi | | Decimi. |
| | xij | Continet breuem epilogum cum ꝯcluſione huius operis. | |

¶ Finis ſummarij

# Capitulum

¶ Incipit tractatus dubiorum ac difficultatum circa officium miſſe ⁊ ea que ad debitam eiuſdem celebratōnem exiguntur frequentius occurren-tium iuxta ſacrorum canonum conſtitutōnes. probatorumqꝫ doctorum. firmiores atqꝫ tutiores ſententias. reſolutorius

## ¶ Capitulum primum de intentione collectoris ⁊ materia tractanda. tractandorūqꝫ numero. diſtinctione atqꝫ ordine duos continens articulos

Arti. i. ¶ Premittens prefationem. intentum tractandaqꝫ exponentem

### Prefatio

Fficium quanto maius ⁊ dignius eſt tanto cum maiori cura ſollicitudine atqꝫ diligentia exercendum eſt. Grauius em̄ quis delinquit ſi exequendo circa hoc negligentiā defectum vel errorem aliquem admiſerit. Inter omnia aūt officia humane facultati cōmiſſa nō eſt aliquod maius dignius aut difficilius q̄ꝫ debita miſſarum celebratio. in qua ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis ieſu chriſti redemptoris noſtri cōſecratur. immolatur ⁊ ſumitur. Sacro canone atteſtante. Non modica inquit res eſt vnam miſſam facere. et valde felix eſt qui vnam digne celebrare poteſt. Reſtat igitur vt nuſqꝫ grauiori periculo peccetur q̄ꝫ ſi in exequutione huius digniſſimi officij negligentia vel error cōmittatur. Ea propter vt ſacerdotes ſimplices qui noticiam canonū nō habent. neqꝫ ſpacialem recurſum ad ſuperiores ſuos aut ad viros doctos habere pn̄t. melius cauere valeant ne circa maximum iſtud myſterium deficiant vel errent. Et vbi aliqd̄ hoꝝ ꝯtigerit debitis remedijs emendare ſciant. valde vtile atqꝫ neceſſariū fore iudicauimus. vt circa hec oportuna eis tradat̄ inſtructio. Quod vt lucidius fiat circa ſingula que ad debitam miſſe celebratōnem exiguntur dubia frequentius occurrentia mouebuntur. Ex q̄rum reſolutionib9 congrua ipis defectibus ⁊ erroribus remedia atqꝫ caute poterunt adhiberi.

Arti. ij. Numeꝝ diſtinctōem ⁊ ordinē tractandoꝝ ꝑ dubij ſolutōem p̄notans.

Ad prenoticiam tractandoꝝ p̄mittitur hoc dubium.

Dubiū

Quot ⁊ que ad debitam ac ordinatam digniſſimi ſacramenti euchariſtie ⁊ miſſe celebratōem requirantur.

I Miniſter ſiue ſacerdos ad celebrandum idoneus

ij Locus celebrandi conueniens

iij Tempus celebrandi congruum

iiij Materialia ad ornatum vel congruentiam celebratōnis oportuna. vt veſtes et cetera huiuſmodi.

v Ceremonie i dicēdis ⁊ agēdis ꝯſuete.

vi Materia ad conſecrandum apta. ſcilicet panis ⁊ vinum.

Sol. Cuius ſolutio ē Q; ſunt noue generalia ad q̄ oīa neccaria reduci pn̄t

vij Forma ꝯſecratõnis vtriuſ꜡ꝫ debita
viij Noticia intentionis ac rationis eo-
rum que in miſſa dicuntur.
ix Intelligentia rõnis ⁊ ſignificatõnis
eoꝝ que in miſſa ⁊ circa eam aguntur.

¶ Circa hec ꝙ dubia ac difficultates ſepiꝰ obuiẽt ſacerdotibꝫ miſſas ce-
lebraturis aut celebrantibꝫ ꝑ nouem ſequentia capitula elucidabit.

## ¶ Capitulũ ſcõm de dubijs occurrẽtibꝫ circa miniſtꝝ ſiue ꝑſonã ad celebrandũ idoneam quinꝗ includens articulos

¶ Sex dubia reſoluens circa miniſtrum celebraturum ratione ordinis Arti. i.
et officij ſui exequutionis occurrentia.

I Quis ſit miniſter idoneus ad celebrandum ⁊ conficiendum ſi-
ue conſecrandum corpus ⁊ ſanguinem chriſti

Sol. Solus ſacerdos rite ordinatus.

ij Utrum ille qui credit ſe eſſe rite ordinatum. ⁊ tamen non eſt rite
ordinatus conficiat hoc ſacramentum.

Sol. De hoc nõ habetur certitudo. pie tamen credi poteſt ꝙ cõficiat
virtute eccleſie. ⁊ ꝙ ſummus ſacerdos ſuppleat defectum. ⁊ ꝙ nõ
permittat periculum imminere eccleſie ſue ⁊ eam decipi

iij Quid agendum ſit ſi quis poſt inceptam miſſam habeat conſci- Dubiũ
entiam ꝙ non ſit ſacerdos rite ordinatus.

Sol. Si hoc contingat ante conſecratõnem. tunc dimittat miſſam im
ꝑfectam. aut conſcientiã deponat. Si poſt ꝯſecratõnem ꝓcedat ⁊
poſtea ſuperiorem ſuum accedat ⁊ caſum ſibi exponat.

iiij Utꝝ heretıcꝰ. ſciſmaticꝰ. degradatꝰ. irregularꝭ. īfamis. excõicatꝰ
vel ſuſpẽſus poſſit ꝯficere h̄ ſacramentũ ⁊ ordinate celebrare.

Sol. Quilibet iſtoꝝ poteſt ꝯficere. ſed nõ debet. quia conficiendo pec-
cat. Et ita nullus ipſorum poteſt ordinate celebrare

v Quid agendum ſit ſi quis poſt miſſam inceptam recordetur ſe
eſſe excõmunicatum de quo prius non habuit memoriam.

Sol. Si ꝯtingat hoc añ ꝯſecratõem tutius eſt vt miſſam deſerat niſi
timeat graue ſcandalũ. Si vo poſt ꝯſecratõem aſſumat ꝓpoſitũ
humilr̄ petendi abſolutõem ⁊ ſatiſfaciendi. ⁊ ꝓcedat in miſſa

vi Quid agendum ſit ſi quis poſt miſſam inceptam habeat remor-
ſum de irregularitate.

Sol. Si fiat añ ꝯſecratõem tutius eſt ꝙ miſſam deſerat. Si poſt con-
ſecratõem doleat ⁊ ꝓponat atꝗ conet̄ facere qḋ in ſe ē ⁊ ꝓcedat.

¶ Reſoluit ſex dubia ꝙ incidunt circa diſpõem corporis ipſius miniſtri. Arti. ij.

I Utrum ſacerdos mutus vel loquela priuatus poſſit conſecrare
ſeu conficere hoc ſacramentum

Sol. Non. oportet eñ ꝯficientẽ habere facultatẽ ſermonis ſiue loq̄le
quã ſi amiſerit poſt ſuſceptũ ordinẽ ꝯficere nõ p̄t. eo ꝙ non poſſit
verba conſecratõnis ⁊ alia proferenda vel dicenda dicere

ij Utꝝ habens aliquẽ aliũ defectũ in corꝑe poſſit miſſam celebrare

Sol. Si hꝫ aliquē defectū q̄ reddit eū inhabilē aut impotentē ad dicē
dum vel faciendū ea que ad debitam celebratōem exiguntur. pu-
ta ſi careat viſu vel digitis quibus tractari leuari vel frangi de-
beat hoſtia. Uel ſi habeat defectum notabilem q̄ ſm iudiciū prela
ti ſui ordinarij generet ſcandalū ſi celebret. non poteſt celebrare.
Q̄uis poſſit alia que ſunt ſacerdotalis ordinis exercere.

Dubiū iij Utrum leproſus poſſit celebrare miſſam.
Sol. Si non ſit factus impotens per corroſionem membrorum poteſt
celebrare in occulto. Coram alijs tamen leproſis poteſt etiam ce
lebrare in publico

iiij Utrum patiens morbum caducum poſſit celebrare
Sol. Si cadat frequenter. vel emittat ſpumam aut vocem confuſam
nō poteſt celebrare. Si vero raro cadat nec emittat ſpumam ꝛc̄.
poteſt dūmodo habeat coadiutorem ſacerdotem

v Utrum patienti fluxum ſanguinis vel ſeminis liceat celebrare.
Dubiū Sol. Licet niſi aliud impedimentum obſtet. Si quis talem fluxum
ſanguinis patiatur. vt ſuſcepta in ſtomacho ſtatim per ſeceſſum
emittat. celebrare non debet.

vi Utrum pollutus pollutione nocturna poſſit licite celebrare
Sol. Pollutio nocturna q̄uis ſm ſe conſiderata non ſit peccatum ex
eo ꝙ abſqꝫ vſu liberi arbitrij contingit. tamē ratōne ſue cauſe ha-
bet quandoqꝫ peccatum annexum. cuius eſt effectus vel ſignum.
Ideo p̄mo ꝯſideranda eſt pollutōis nocturne cauſa. que triplex
eſſe pt. Prima eſt extrinſeca ſpūalis. ſ. demonū illuſio. q̄ q̄nqꝫ ꝓ-
uenit ex p̄cedenti negligentia p̄paratōis ad deuotōnem. ꝑſertim
cū q̄s ad dormiendū accedit. que poteſt eſſe peccatum vel morta
le vel veniale. Quandoqꝫ vero ꝓuenit ex ſola nequitia demonuꝫ
volentiū impedire hoīem a ſumptione huius ſacramenti. Scđa
cauſa eſt intrinſeca ſpiritualis. ſ. cogitatio precedens laſciua. que
quādoqꝫ eſt ex ꝯcupiſcentia ꝛ delectatōe. vbi ſi aſſit ꝯſenſus erit
peccatum mortale. Si aūt deſit conſenſus erit peccatum veniale.
Quandoqꝫ aūt poteſt eſſe ſine omni peccato. vt cum aliquis cau
ſa lectionis vel diſputatōnis cogatur de talibus cogitare. Et ſi
hoc fiat ſine ꝯcupiſcentia ꝛ delectatōne. non erit cogitatio immū
da. ſed honeſta. ex qua tamē pollutio ſequi poteſt. Tercia cauſa
eſt intrinſeca ꝛ corꝑalis. videlicet ſuꝑfluitas vel debilitas natu-
re. aut ſuꝑfluitas cibi vel potus. que quandoqꝫ eſt cum peccato
vel mortali vel veniali. vt cum prouenit ex ſuꝑfluitate cibi vel po
tus. Quandoqꝫ aūt eſt ſine peccato. vt cum prouenit ex debilita
te nature. Si igitur pollutio ex aliqua dictaꝝ cauſarū contingat
prout eſt cum peccato mortali. nō licet polluto celebrare niſi poſt
viginti quattuor horas. Si vero accidat ꝙ ex aliqua illarū cau-
ſarum ſm ꝙ eſt ſine peccato vel ſoluꝫ cum veniali peccato. poteſt
pollutus licite celebrare. Uerum tamē ſi propter reuerentiā ab-
ſtineat laudandus eſt. niſi neceſſitas vel vitatio ſcandali vrgeat
Uex tū eſt. qꝛ non ſemꝑ de facili poteſt percipi ex quali cauſa ꝓ-

veniat. Ideo in dubio tutius eſt abſtinere. niſi vrgens neceſſi
tas incūbat vl' deuotio ſpēalis inſtiget. aut alias nulla īdiſpo
ſitio debite reuerētie obuiās aſſit. ¶ Ita ſentiendū videtur de
pollutōne nocturna ſiue in ſomno ſiue in vigilia finiatur. Ni/
ſi quis poſt euigilatōnem habeat conſenſu deliberato compla
centiam ꝛ delectatōem cum appetitu futuri operis. in quo ca/
ſu tutius abſtinetur

¶ Reſoluit decē dubia emergentia circa habitudīnē mētis ipius mini/ Arti. iij
ſtri celebraturi q̄tum ad intentōem. vſum rōnis. culpam. ꝛ gratiam.

I Utrū ad conficiendū hoc ſacramentū ꝛ celebrandum requira
tur intentio miniſtri

Solō. Cum ad pfectōnem cuiuſlibet ſacramenti requiratur intētio
miniſtri. eo ꝙ pfectio illa fit p actū humanū a voluntate pce/
dentē que p intentōnem determinatur ꝛ ſpecificat̄. conſtat ꝙ
maxime ad ꝯficiendū ꝛ celebrandū hoc excellentiſſimū ſacra/
mentū exigitur intentio miniſtri. Unde ꝛ q̄dā gloſa ſup Ma
theū dr Quantum intendis tantum facis.

ij Que debeat eſſe intentio ſacerdotis ſiue quid debeat intende/
re ſacerdos conſecrare volens.

Solō. In oībꝫ ſacerdos dꝫ intentōem ſuā ꝯformare intentōni eccl'ie. Dubiū
hoc eſt ꝙ intēdat illud facere qđ eccl'ia intēdit ꝛ facit cuiꝰ ipe
in hmōi ē miniſter. Intēdit aūt eccl'ia facere qđ xp̄s fecit Chri
ſtus ꝟo trāſſubſtātiauit panē in corpus ſuū ꝛ vinū in ſanguinē
p ꝟba ꝯſecratōis. hoc etiā dꝫ intendere ſacerdos

iij Qualis intētio circa ꝓlatōem ꝟboꝝ ꝯſecratōis neceſſario req̄
rat̄. an ſcꝫ ſemp actualis exigat̄ vel aliqua alia ſufficiat

Solō. Intentio actualis nō neceſſario req̄ritur. intentio aūt ꝟtualis
ſp neceſſariā ē. Dicit̄ aūt intētio ꝟtualis cū pus habuit actua/
lem intentōnem conſecrandi. ꝛ ex illa motus eſt ad conſecran/
dum. poſito ꝙ actualiter nō cogitet quādo verba ꝯſecratōnis
profert. virtualiter manet pma intentio. ꝛ hec ſufficit niſi cōtra
ria intentio ſequatur. Uerūtamen ſtudioſe curare debet ſacer/
dos vt etiam actualem intentōem adhibeat alioquin timendū
eſt ꝙ a peccato non excuſetur

iiij Utꝝ ſacerdos furioſus. lunaticus. vel alia ex cauſa vſu rōnis
priuatus poſſit ꝯficere hoc ſacramentū ꝛ licite celebrare.

Solō. Quia ad conſecratōem huius ſacramēti requirit̄ intētio mi/ Dubiū
niſtri. vt circa reſolutōem pmi dubij huius articuli pꝫ. Exigi
tur etiā ad celebratōem deuotio ꝛ ſuipius examinatio. vt in/
fra dicet̄. Ideo ſi q̄s ita vſu rōnis quacūꝗ ex cauſa ſit puatus
vt nūꝗ hec haberi poſſit. neꝗ ꝯficere pt. neꝗ celebrare Si ve
ro raro vſu rōnis puetur ꝛ illo frequenter vtatur. neꝗ obſtet
aliud impedimentū. ꝯficere quidem poteſt eoipſo ꝛ celebrare
dūmodo habeat coadiutorem ſacerdotem

v Utrum demoniacus poſſit celebrare

Solō. Si fuerit ex toto liberatus pt celebrare alias nō pt qđ p expe/

rientiam probari poteſt. Eſt aũt tempus probatõnis arbitra-
rium iuxta diſcretõnem prelati penſantis circũſtantias pſone
vel dignitatis vel alia huiuſmodi

Dubiũ vi Utrum aliquis ſacerdos exiſtens in peccato mortali poſſit cõ-
ficere hoc ſacramentum ꝛ licite celebrare.

Solõ. Conficere poteſt ſed nõ debet. quia ꝯſecrando peccat mortali-
ter. Unde cũ talis celebrat duo peccata mortalia diſtincta cõ-
mittit. Unũ qꝛ indigne conſecrat. aliud qꝛ indigne ſumit.

vij Utrũ celebraturꝰ teneať eẽ certus ꝙ nõ ſit in peccato mortali.

Solõ: Triplex inueniť certitudo. Quedã ſupernaturalis. que p ſolã
diuinam reuelatõnem habetur. ꝛ talis hic nõ reqritur. Alia ẽ
naturalis qua quis p ſenſum vel intellectum euidenter certus
eſt de aliquo. ꝛ illa etiam hic nõ eſt neceſſaria. Tercia eſt mo-
ralis ſiue ciuilis. que nec habetur ex reuelatõne diuina. nec ex
euidentia rei. ſed ex probabilibus cõiecturis magis ad vnam
partem ꝗ̃ ad alteram inclinantibus. ꝛ ad iſtam tenetur cele-
braturus in propoſito dubio. vt ſcꝫ poſt diligentem ꝛ ſuffici-
entem conſcientie diſcuſſionẽ (de qua infra capitulo ſexto arti-
culo primo) certus ſit modo predicto ſe nõ eſſe in peccato mor-
tali. ꝛ hec certitudo hic etiam ſufficit.

Dubiũ viij Quid ſentiendũ ſit de eo qui licet nõ ſit in peccato mortali. ta-
men ſm ꝯſcientiam ſcrupuloſam eſtimat ſe eſſe in peccato

Solõ. Talis debet vel conſcientiam ſcrupuloſam deponere. vel de-
bet a celebratõne ceſſare.

ix Quid agẽdum ſit ſi ſacerdos poſtꝗ̃ miſſaꝫ incepit vel ad in-
cipiẽdũ ẽ pparatꝰ recordať peccati mortalis de ꝗ nõ ẽ ꝯfeſſus

Solõ. Talis debet penitere cum propoſito confitendi ꝛ ſatiſfaciendi.
et ſi habere poſſit confeſſorem ſtatim confiteatur. niſi hoc abſ-
ꝗ̃ graui ſcandalo fieri non poſſit

x Utrum ppetrans peccatum luxurie ꝛ ſtatim poſt hoc penitẽs
et confitens poſſit licite illo die celebrare

Solõ. Nõ licet. ſed abſtinere debet ad minus p vigintiquattuor ho-
ras. vt ſupra dictũ ẽ in articlõ. ij. de pollutõ pollutõe nocturna

Arti. v. ¶ Reſoluit ſeptem dubia que occurrunt circa ieiunium. ſobrietatem et
ſomnum miniſtri celebraturi

I Utrum ſacerdos non ieiunus poſſit conficere ꝛ celebrare.

Solõ. Duplex eſt ieiunium. Unũ eſt eccleſie. quo ſcꝫ qs vnã come-
ſtionem vnius diei non tranſgreditur. ꝛ hoc non ſoluitur per
ſumptionẽ medicine vel aliorum que nõ nutriunt dummodo
in parua quantitate ſumanť. Tale ieiuniũ nõ ſufficit celebran-
ti. Aliud ẽ ieiuniũ nature. qđ ẽ priuatio cuiuſcunꝗ ſuſcepti in
ſtomachũ vel viam ad ſtomachum occupans p modum cibi ꝛ
potus. ſiue nutriat ſiue nõ. vel p ſe vel cũ alijs. Suſcepti dici-
mus a principio diei a quo quis diciť ieiunus. hoc ẽ a mediã
nocte. ꝛ tale ieiuniũ requiriť ad celebrandum. Unde ſi qs nõ

ſit hoc modo ieiunus, q̄uis poſſit ↄficere ⁊ celebrare. tamē nō
debet. quia grauiter peccaret. Et ideo cū quis ē plures miſſas
eodē die celebraturus nō debet ſumere ablutōis vinū. niſi in vl
tima miſſa. vt inferius circa reſolutōnem vltimi dubij. articulo
quinto huius capituli latius dicetur

ij Quid agendū ſit ſi quis poſt miſſam inceptā recordetur ſe
ieiunium ſoluiſſe.

Solo. Si recordet̄ hoc an̄ ↄſecratōem tutius eſt ꝙ ceſſet. niſi graue
ſcādalum timeat̄. ſi poſt conſecratōem. ꝓcedat ⁊ ꝑficiat nō ob
ſtante ꝙ nō ſit ieiunus. quia p̄ceptum de ꝑceptione ſacramenti
maius eſt q̄ȝ preceptum ꝙ a ieiunis ſumatur.

iij Utrum tranſglutiens reliquias que poſt comeſtionem in ore
remanſerunt poſſit celebrare.

Solo. Si caſualiter tranſglutiantur non impediunt celebratōnem.
quia nō traijciuntur ꝑ modum cibi. ſed ſaliue cui ꝑmiſcentur.
Si vero ſtudioſe id fiat abſtinendum eſt.

iiij Quid ſi quis gargariſando. vel os mutando parum de aqua
aut de vino tranſglutiat

Solo. Sicut in dubio precedenti. Dubiū

v Si quis tarda hora comederit vel biberit ⁊ nondum digeſſe
rit illum cibum. vtrum ei liceat celebrare.

Solo. Si ex hoc nō reddatur multū indiſpoſitus ad debite celebran
dum. tūc lꝫ. Si v̄o ex hoc multū ꝑturbet̄ ⁊ indiſponat̄ tutius
ē vt abſtineat. Un̄ dt gloſa. circa canonē Nihil. vij. q. p̄ma. Si
q̄s etiā an̄ mediū noctis comederit. ⁊ adhuc ſentiat eructatio
nes ex nō digeſtione cibi. q̄ȝdiu cibū ſentit nō celebrabit.

vi Utrū patiens vomitū vel iam paſſus licite poſſit celebrare

Solo. Si quis ex infirmitate ſuſtineat illam paſſionem. debet abſti-
nere quouſq̄ȝ ſanetur.

vij Quid ſi per totam noctem non dormiuerit

Solo. Sicut i p̄cedēti dubio Dicit em̄ gloſa in. c. ↄſtituerit. de accu.
de vinolēto qui in taberna ꝑnoctauit. ⁊ altera die nulla p̄miſſa
dormitione celebrauit. ꝙ nō videtur ieiunus ſed pranſus cele
braſſe ꝓpter indigeſtionē. Et gloſa circa canonē ſacramenta de
ↄſecra. diſt. i. Ieiuniū inquit celebrata digeſtione.

¶ Reſoluit quinq̄ȝ dubia circa celebratōnis abſtinentiam eiuſdemq̄ȝ Arti. iiij.
frequentiam occurrentia.

I Utrum liceat ſacerdoti abſtinere omnino a celebratōne.

Solo. Si ſacerdos per ſentētiam eccleſie ſit ordinis exequutōne pri-
uatus. vel ſi debilitate aut egritudine factus ſit impotens vel Dubiū
ineptus ad celebrandum. tunc nō tenetur celebrare. Si vero
nō ſit priuatus poteſtate celebrandi aut alias factus impotēs
tunc nō licet ei omnino abſtinere quin ſaltem teneri videat̄ ad
celebrandū in p̄cipuis feſtis. ⁊ maxime in illis dieb. in quibus
chriſtifideles cōmunicare conſueti ſunt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Capitulum

ij Utrum expediat ſacerdoti vt frequenter celebret.
Solõ. Si frequenter ſit ad celebrandum diſpoſitus expedit vt fre-
quenter celebret Gratiſſimũ em̃ ſacrificium illud eſt domino.
et magnas atq̃ inenarrabiles hoc ſacramentũ virtutes habet.
ideo perutile eſt ſepius celebrare ꝛ ſumere. vt fructus eius fre
quentius percipiatur
iij Utrum liceat alicui quotidie celebrare.
Dubiũ Solõ. Circa vſum huius ſacramenti ex parte celebrantis ꝛ ſumentꝫ
duo requiruntur. Primũ eſt deſideriũ coniunctõnis ad chriſtũ
qđ fit ꝑ amorem. Secundum eſt reuerentia que ꝑtinet ad ti-
morem. Primũ incitat ad quotidianã huius ſacramenti ꝛ fre
quentatõez. ſcđm vero retrahit. Unde ſi quis experimẽtaliter
cognouerit ex quotidiana celebratõne feruorem amoris auge
ri ꝛ reuerentiã nõ minui. talis quotidie celebret. Si quis autẽ
ſenſerit ꝓ quotidianã frequentatõem reuerentiã minui ꝛ feruo
rem nõ multum augeri. ille interdũ abſtineat vt cum maiori re
uerentia ꝛ deuotione poſtea celebret

iiij Utrũ q̇s ſic diſpoſitus vt laudabiliter poſſit celebrare. ꝛ poſſit
etiã laudabiliter ꝓpter ſacramenti reuerentiã abſtinere melius
ac laudabilius faciat a celebratõe abſtinendo q̃ȝ celebrando.
Dubiũ Solõ. In tali caſu melius ſalubrius ꝛ laudabilius eſt vt celebret q̃ȝ
ꝙ abſtineat. Nam ex celebratõne multos fructus huius ſacra
menti ꝑcipere poteſt. vt patet ex ſolutione ſecundi dubij pre-
cedentis quibꝫ abſtinendo priuatur. Celebratio preterea ex
charitate procedit. abſtinentia vero ex timore. vt patet ex reſo
lutione tercij dubij. Charitas aũt timori prefertur. Nec vali
dum eſt ꝙ abſtinens ſe putat poſtea melius fore diſpoſitum. q̃z
fieri poteſt ꝙ minus fiat diſpoſitus. Incertum eſt etiam ſi vn-
q̃ȝ deinceps ſit celebraturus. Stat etiam ꝙ celebrãdo aſſequa
tur aliquã gratiam ſpecialem quã abſtinendo nõ poteſt acqui
rere. nec vnq̃ȝ fortaſſis recuperabit.

v Utrum liceat alicui plures miſſas vno die celebrare
Solõ. In die natiuitatis dominice poteſt quis tres miſſas celebrare
vt habetˀ de cele. miſ. c. contuliſti. Addunt doctores quattuor
caſus neceſſitatis in quibꝫ poteſt quis duas miſſas celebrare.
Primus eſt. cum in die feſto occurrit neceſſitas. vt ꝑ̃ter miſſaꝫ
diei dicatur miſſa pro defunctis. Scđs caſus eſt. cum neceſſi-
tas infirmoꝝ exigit vt viaticũ pro eis conſecret. Tercius ca-
ſus eſt. cum ſuperueniunt peregrini aut occurrunt nuptie cele-
bratõem exigentes. Quartus caſus eſt. cum propter defectuꝫ
ſacerdotum vel paupertatem eccleſiarũ vni ſacerdoti plures
eccleſie cõmendãtur. alias nõ licet niſi vnicam miſſam in die ce
lebrare. vt habetur de conſe. diſt. ꝑma. ca. Sufficit. Hoc autẽ
cauendum eſt cum quis plures miſſas vult celebrare ne ablu-
tionem ſumat niſi in vltima. vt ſic ieiunus maneat ꝛ celebret.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶ Capitulum tercium de dubijs circa locum celebrandi occurrentibus duos continet articulos

¶ Reſoluit quinqꝫ dubia circa locum celebrandi communem videlicet eccleſiam incidentia Arti. i.

I Quis ſit locus cōis debitus ꝛ ꝯueniens ad celebrandū miſſam
Sol. Regulariter ſola eccleſia conſecrata.
ij Utrum ne quis poſſit licite quandoqꝫ extra eccleſiam celebrare.
Sol. Poteſt de licentia epiſcopi vel ſuperioris dummodo habeantur neceſſaria ad celebratōnem requiſita.
iij Quid ſi in terra vel regione aliqua non inueniatur aliqua eccleſia conſecrata ꝓpter deſtructōnem vel vaſtationem eccleſiarum. Uel ſi quis in itinere conſtitutus ꝛ preſertim in nauigatōne vbi non poteſt haberi eccleſia. vel conſtitutus in aliquo exercitu. vł in aliquo conſimili occurrente caſu. vtrum ne quis poſſet alibi qꝫ in eccleſia celebrare. etiam ſine licentiā epiſcopi. Dubiū
Sol. In talibus caſibus bene poteſt ſi habeantur ibi omnia neceſſaria ad celebratōnem miſſe requiſita. poteſt enim celebrare ſub domo vel ſub tentorio.
iiij Utrum in mari vel in fluminibus in quibus naues frequenter agitantur liceat alicui celebrare.
Sol. Nullo modo debet ꝓpter periculum effuſionis ſanguinis chriſti.
v Utrum in omni loco conſecrato liceat celebrare miſſam.
Sol. Non. ſi eñ locus ſit interdictus. ſiue a iure. vt pollutus ſanguine vel ſemine. ſiue a iudice. videlicet per ſententiam interdicti latam contra locum illum. non licet ibi celebrari. ꝛ faciens contrariū in hoc caſu incurrit irregularitatem.

¶ Reſoluit ſex dubia que circa locū ꝓprium. ſ. altare occurrere poſſunt. Arti. ij.

I Utrum in eccleſia vel alibi poſſit quis licite celebrare ſuper aliquo alio qꝫ ſuper altari.
Sol. Non licet niſi ſuper altari vel fixo ſiue ſtabili. vel portatili ſiue viatico. quod ꝑt ſuꝑ menſam fieri vel arcā vel aliud huiuſmodi.
ij Quale debeat eſſe altare ſuper quo celebrare licet.
Sol. Altare debet eſſe lapideum conſecratum non enormiter factum.
iij Quibus altare debet eſſe coopertum ꝛ ornatum.
Sol. Duabus palleis ꝛ corporali cōſecratis de lino puro factis. nullo colore tinctis. ſed totaliter albis mundis ꝛ nitidis Dubiū
iiij Utrum ſemper liceat ſacerdoti ſuper quolibet altari cōſecrato celebrare miſſam.
Sol. Non ſemper licet. nam poſtqꝫ epiſcopus aliquis ſuper aliquo altari celebrauerit. non licet illo eodem die alteri ſacerdoti ſuꝑ illo altari celebrari. niſi de licentia epiſcopi.
v Quantum debeat eſſe altare portatile. vt ſit aptum celebrationi ſuper eo fiende.

Sol. Tantū eſſe dʒ vt poſſit recipe pedē calicis ⁊ hoſtiā. ⁊ ꝙ ſacerdos manus ſup ipm cū hoſtia retinendo ꝯuenienter ꝯſecrare poſſit.

Dubiū vi Quid ſi ſacerdos aliquod de predictis requiſitū omittat. vtruʒ ſcilicet conſecret celebrando.

Sol. Si obſeruet alia ad conſecratōem neceſſaria conſecrat. ſed tamē grauiter peccat ſcienter omittens

## ¶ Capitulū quartū de dubijs occurrentibꝫ circa tēpus cōgruum quo celebrari debet. duos habet articulos.

Arti. i. ¶ Reſoluit quattuor dubia occurrentia circa tempus celebrandi commune. videlicet circa diem.

I Utrum indifferenter in nocte ⁊ in die liceat alicui miſſam celebrare.

Sol. Non licet regulariter niſi in die. hoc enim ſacramentum ad tempus gratie pertinet quod per diem ſignificatur. Unde ⁊ ſaluator dixit. Me oportet operari donec dies eſt.

ij Utrum ne aliquando liceat in nocte celebrare

Sol. Solum in duabus noctibus licitum eſt. videlicet in nocte natiuitatis chriſti. ⁊ in nocte reſurrectōnis.

Dubiū iij Utrum ne liceat aliquando ante initium diei celebrare.

Sol. In tribus caſibus licet. Primus caſus. ſi neceſſitas poſtulet. vt ſi contingat aliquem infirmari ad mortem ⁊ non habeatur hoſtia conſecrata poteſt ſacerdos celebrare ⁊ conſecrare. Secūdus caſus eſt. ſi epiſcopus ſit in itineratōne tunc poteſt ante diem celebrare vel facere celebrari coram ſe. Tercius caſus eſt. ſi quis habeat diſpenſatōnem ab epiſcopo vel ſuperiore vt poſſit celebrare ante diem. tunc bene poteſt al's non eſt tutum. niſi aliqua rationabilis ⁊ vrgens neceſſitas ſuperuenerit.

iiij Quid ſi quis celebret credens diem iam incepiſſe. ſed tamē nondum incepit.

Sol. Quia quod parum diſtat nihil diſtare videtur. talis excuſatur precipue ſi deuotio id poſtulat

Arti. ij. ¶ Reſoluit tria dubia que ſe offerunt circa tempus celebrandi proprium. ſcilicet circa horam

I Qua hora diei liceat miſſam celebrare.

Sol. Miſſe ſolennes ſiue publice ſm canones tribus horis celebrari debent. videlicet hora tercia in diebus feſtiuis. hora ſexta in profeſtis diebus. ⁊ hora nona in diebus ieiuniorum. In hoc tamen obſeruanda videtur deberi conſuetudo regionis vel religionis

Dubiū Priuate vero miſſe celebrari poſſunt a principio diei. vſqʒ ad horam nonam. hoc eſt vſqʒ ad meridiem

ij A quo tempore ſumendum ſit principium diei

Sol. Principium diei non eſt accipiendum ab aſcenſu ſolis ſuper no-

ſtrum horizontem. ſed debet accipi ab illa hora quã radij ſolares incipiunt illuminare noſtrum hemyſperium. quod dicitur principium aurore. ⁊ incipit fulgere vna hora ⁊ quinta parte vnius hore ante corporalem ſolis ortum

ij Quid ſi quis celebrando non obſeruet tempus debitum.

Sol. Si obſeruet alia ad conſecratõnem neceſſaria conſecrat nihilominus. Sed tamen ſi ex contemptu vel ſcienter tempus debitũ non obſeruauerit mortaliter peccat faciens ɔtra conſtitutõem ⁊ conſuetudinem generalem eccleſie romane. Dubiũ

¶ Capitulũ quintũ de dubijs que incidunt circa materialia exteriora que ad ornatum vel congruentiam celebratõnis requiruntur. tres continet articulos

¶ Reſoluit quinq₃ dubia que circa veſtes ⁊ indumenta ſacerdotalia inſurgere poſſunt Arti. i.

I Utrum ſacerdos celebraturus ſpecialibus debeat indui veſtibꝫ

Sol. Sic. congruum enim eſt vt quibus ſacerdos vſus fuit in ſua ordinatione. etiam vtatur illis in celebratione Et quia in ſuſceptione ordinis ſpecialibus veſtibus indutus fuit. ideo ⁊ talibus vti debet in celebratione.

ij Que ⁊ quot ſunt huiuſmodi veſtes vel indumenta

Sol. Simplicium ſacerdotum ſex ſunt indumenta. ſc₃ amictus ſiue humerale. alba. cingulum. manipulus. ſtola. ⁊ caſula

iij Utrũ requirat̃ ꝙ talia indumenta ſint benedicta ſiue conſecrata.

Sol. Sic debent enim eſſe ſacrata munda ⁊ honeſta. nec alijs vſibus ꝙ̃ eccleſiaſticis ⁊ deo dignis officijs deputanda Dubiũ

iiij Utrum celebrans abſq₃ veſtibus ⁊ indumentis benedictis efficiatur irregularis.

Sol. Non. quia non inuenitur hoc in iure poſitum. verum tamen ſcienter vel ex ignorantia craſſa hoc faciens grauiter peccat.

v Utrum neceſſario requiratur ꝙ tales veſtes vel indumenta cetera q₃ correquiſita ſint munda ⁊ nitida

Sol. Sic. nam vt habetur in capitu. relinqui. de cuſtodia eucharistie. clericis precipitur vt oratoria. vaſa. palle. corporalia ⁊ veſtimenta munda ⁊ nitida conſeruentur. Quod autem precipitur imperatur. ⁊ quod imperatur neceſſe eſt fieri. ſi non fiat penam habet. vt habetur. iiij. q. i. ca. quod pcipitur. Ue igitur illis qui maiorez curam adhibent vt linteamina vel proh pudor ſi fas eſt dicere femoralia ſua ſint mũdiora ⁊ nitidiora. ꝙ̃ ea ſup ꝗbus locari ⁊ tractari debet ſacratiſſimũ ac mũdiſſimum corpus ieſu chriſti.

¶ Reſoluit quattuor dubia que circa vaſa ad celebrandum oportuna occurrere poſſunt. Arti. ij.

I Utrum ad celebratõnem miſſaꝝ requirant̃ aliqua vaſa ſpecialia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol. Sic.potiori ratione ꝙ veſtes ſpeciales.ꝓpter corpus ⁊ ſanguinẽ chriſti.vt decenter ⁊ reuerenter ibi poſſint collocari.
Dubiũ ij Quot ⁊ que ſunt huiuſmodi vaſa
Sol. Talia vaſa ſunt duo.ſcilicet calix ⁊ patena que neceſſarie requirũtur ad miſſe celebratõnem.
iij De qua materia debeant eſſe iſta vaſa.
Sol. Hec vaſa debent eſſe de auro vel argento niſi paupertas obſtet. In quo caſu ſufficit ꝙ ſint de ſtanno
iiij Utrum requiratur ꝙ talia vaſa ſint conſecrata
Sol. Sic.fortiori rõne ꝙ veſtes ꝓpter cauſam ſuperius expreſſam.

Arti.iij. ¶ Reſoluit octo dubia occurrentia circa circumſtantias ⁊ alia exteriora requiſita in miſſe celebratione

I Utrum liceat alicui ſine libro miſſali celebrare.
Sol. Non licet alicui.etiam ſi omnia memoriter ſciret. Sed debet habere librum in quo ad minus miſſa dicenda cum canone contineatur.⁊ hoc propter periculum erroris quod ex obliuione vel diſtractione contingere poſſet
ij Utrum liceat alicui ſine igne ⁊ ſine lumine candele celebrare
Sol. Non licet.in lege enĩ ſcriptum eſt. Ignis in altari meo ſemꝑ ardebit.quod in celebratione huius ſacramenti maxime obſeruandum eſt vbi ille immolatur tractatur ⁊ ſumitur qui eſt candor lucis eterne.⁊ qui venit ignem mittere in terram ⁊c.
iij Utrũ ſacerdos ſolus nullo pñte licite poſſit celebrare miſſam.
Sol. Nullo modo licet.ſed ad minus vnus debet eſſe preſens. qui ſacerdoti celebranti miniſtret.⁊ in perſona eccleſie vel totius populi ſacerdoti reſpondeat
Dubiũ iiij Cuius conditionis ⁊ qualitatis debeat eſſe miniſtrans
Sol. Miniſtrans debet eſſe maſculus ⁊ clericus.aut ſaltem ſciens miniſtrare ⁊ reſpondere celebranti. Et ſi fuerint plures miniſtrantes debent etiam eſſe huiuſmodi conditionis.vt notatur in capi. hoc quoqꝫ de ↄſe.diſt.ij.⁊ in gloſa ibidem.vnde patet ꝙ nulli femine(etiã ſi ſanctimonialis fuerit)licitũ ẽ ad miſſam miniſtrare,
v Quid ſi miniſtrans aliqua cauſa vel occaſione recedat de altari dimittendo celebrantẽ ſolum.reuerſus tñ.vtrũ celebrans debeat ꝓcedere in miſſa.vel ceſſare donec miniſtrans redierit
Sol. Procedere debet quouſqꝫ aliquid occurrat in quo indigeat miniſterio adminiſtrantis
vi Quid ſi miniſtrans recedens non reuertatur
Sol. Sacerdos celebrans neceſſitate cõpulſus vicem adminiſtrãtis ſuppleat reſpondendo ⁊ miniſtrando ſibiipſi.vel alium vocet.
vij Quid de ſacerdote incluſo vel heremita ⁊ ſolitario.an ſcꝫ ſolus celebrare poſſit
Sol. Si ei nõ ſuffraget copia miniſtrantis ſolus celebrare poteſt.alꝭ aũt nõ.vt notatur in glo.circa ſolutõnem quarti dubij allegata.

viij Quid ſi quis omittat aliquid predictorum. Dubiū

Sol. Quāuis cōſecret. ſcienter tamē vel ex ignorantia craſſa omittēs grauiter peccat. vt etiam circa ſuperiora dictum eſt.

## ¶ Capitulū ſextū de dubijs que occurrunt in ceremonijs conſuetis ⁊ obſeruandis in miſſa ⁊ circa eam tam in agēdis q̄ȝ in dicendis. tres includens articulos.

¶ Reſoluens decem dubia q̄ oriunt̄ circa agenda ⁊ dicenda ante miſſam. Arti. i.

I Utrum celebraturus miſſam aliquid ſpecialiter agere debeat ante miſſam.

Sol. Sic. cum eñ omne quod agere intendimus per ſtudium conſiderationis preuenire debeamus. vt ſic ad id quod agendum ē preparemur maxime decet ⁊ fiat circa hoc digniſſimū officium. ne quis impreparatus accedens. iudiciū ſibi mā̄ducet ⁊ bibat. Prerequiritur itaq̄ȝ debita ac ſufficiens preparatio ſacerdotis. qua ita efficiatur diſpoſitus ⁊ idoneus vt digne ad celebrandū poſſit accedere. Uñ ⁊ ſcriptū eſt. Ante oratōnem p̄para animā tuā

ij In q̄ ꝯſiſtat debita ⁊ ſufficiēs p̄paratio ſacerdotis celebraturi. Dubiū

Sol. Preparatio illa ꝯſiſtit in debita ⁊ ſufficienti ꝯſcientie mundificatione ⁊ adornatione. que p̄req̄runt debitā ſuꝑ̄plus ꝓbatōem. id eſt diligentē ꝯſcientie ſue examinatōem. ſ̄m q̄ apoſtolus Corintheos monet ita ſcribens. Probet aūt ſeipſum homo.

| | | |
|---|---|---|
| Et ita ex toto tria in genere requirunt̄ ad debitam ſufficientē ⁊ dignam preparationem. ſcilicet | Probatio<br>Purgatio<br>Adornatio | conſcientie |

iij Qualiter ⁊ in q̄bus quis ſeip̄m probare ⁊ examinare debeat

Sol. Primo ⁊ añ omnia debet cum diligentia conſcientiā ſuam diſcutere ⁊ examinare. p̄ſertim a ꝓxima ꝯfeſſione debite facta. ſi ne interea inciderit in excōmunicatōnem. irregularitatē vel ſuſpenſionem. aut a[...]id aliud huiuſmodi impedimentum. Secundo diligenter ꝓſpicere debet ſi ne interea aliqua mala precipue mortalia cōmiſerit. ſi ne aliqua bona ad que obligatur omiſerit. vl' negligenter ꝑſoluerit. Tercio. ſi aliqua huiuſmodi inuenerit. an ex toto corde de iſtis doleat. ⁊ ea ꝓpter deum quem offendit deteſtetur. Quarto an habeat firmum propoſitum emendandi vitam ſuam. ⁊ ab omnib⁹ mortalib⁹ cauendi in futurū ꝓpter deum. Quinto. an intendat omnia confiteri ante acceſſum ad celebrationem ⁊ iuxta arbitrium confeſſoris pro eis ſatiſfacere. Sexto. vtrum habeat rectam fidem cum debita intentione ⁊ conatu ad debite ⁊ deuote celebrandum. Septimo. an debitam diligentiam in diſcuſſione ⁊ examinatōne predictorum adhibuerit. Hec diligenter animaduertant ſacerdotes concubinarij. luſores crapuloſi. ebrioſi. ⁊ alij conſimiles in damnabili ſtatu viuentes. penſentq̄ȝ ſtudioſe qualiter ad celebrandum accedant. ⁊ q̄ eos vltio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuina expectet.

iiij Quanta requiritur diligentia in examinatione predicta vt ſufficiens reputetur ⁊ debita.

Sol. Tanta requirit̃ quantā quis faceret in magno ⁊ arduo negotio pro magna ⁊ ardua relucranda aut graui incōmodo vitando et iuxta poſſibilitatē humane fragilitatis. Unde ſi quis huiuſmodi diligentiam ꝯſcientie ſue examinatōne non fecerit. indigne ad huius ſacramenti celebratōem atqꝫ ſumptōem accedit. qꝛ impreparatus. ⁊ ita dominici corporis ⁊ ſanguinis reus iudicabitur.

v Quomodo poſſit quis eſſe aut fieri certus ꝙ debitam ⁊ ſufficiētem diligentiam in pretacta diſcuſſione fecerit

Sol. Ex quo hic nō reqritur euidens certitudo. cū illa abſqꝫ diuina reuelatōne haberi nō poſſit. ſed exigit̃ ſolū certitudo moralis ſiue ciuilis ſicut in alijs agibilibꝫ humanis p̄t quis ex ꝓbabilibꝫ coniecturis poſt examinatōem de debita diligentia factam ſatis ſcire ⁊ certus eſſe an debitā diligentiā fecerit vel non fecerit in diſcuſſione p̄cedentiū. ⁊ hoc ſufficit queādmodū etiā dictū eſt ſupra ca. ij. arti. iij. de certitudine eſſendi abſqꝫ peccato mortali.

vi In quo conſiſtat debita ⁊ ſufficiens conſcientie purgatio

Sol. Talis ꝯſiſtit poſt debitā examinatōem factā in peccatoꝝ preſertim mortalium ⁊ alioꝝ impedimentoꝝ ſi que per diſcuſſionem inuenta fuerint. totali ⁊ omnimoda remotōe vel expulſione. Ad quam expulſionē tria precipue requiruntur. Primum eſt vera et perfecta contritio ⁊ peccatoꝝ deteſtatio. ꝑ quam ꝗs deo (queꝫ offendit) recōciliat̃. Scōm ē pura ⁊ integra ꝯfeſſio. Tercium eſt recta ⁊ debita abſolutio. Nō eñ ſufficit ꝙ accedēs ad celebrandum ſit ꝑ ꝯtritōem recōciliatus deo. ſꝫ etiā reqrit̃ ꝙ ſit recōciliatus eccleſie. vt digne ſuſcipiat ſacramentū vnitatis eccleſie qḋ fit ꝑ abſolutōem. ꝗ preqrit ꝯfeſſionē. Et iō ſi ꝗs in peccato mortali exñs quantūcunqꝫ ꝯtritus ad celebrandū accedat nō ꝯfeſſus et abſolutus mortaliter peccat niſi in caſu ſequenti.

Dubiū

vij Quid agendū ſit ſi quis nō poſſit habere copiam confeſſoris

Sol. Differat quouſqꝫ cōfeſſorem habuerit. ⁊ hoc ſi ſine ſcandalo fieri poſſit. Si aūt ſcandalū imineat celebret cum ꝯtritōne ⁊ ꝓpoſito confitendi tempore congruo. Si tamē ex neg[illegible]gentia ſua confeſſor deſit ſpecialiter doleat

viij Quibꝫ ornamentis conſcientia celebraturi debeat eſſe adornata.

Sol. Neceſſe eſt ꝙ celebraturus ſit ornatus recta fide. debita intētione. ⁊ ſufficienti conatu ad digne celebrandum. Decens eſt etiam vt ſit ornatus humilitate. caſtitate. iuſticia ⁊ ceteris virtutibꝫ q̄ per veſtes ſacerdotales ſignificantur

ix Utrū celebratur[us] teneat̃ dicere horas canonicas añ celebratōem.

Sol. Ad minus tenet̃ dicere matutinas añ celebratōem. alioqn mortaliter peccat. Ad alias aūt horas nō tenet̃ añ miſſam. niſi aliqua ſpēalis ꝯſtitutio eū ad hoc obliget. Cōgruū tñ eſt vt dicant̃ prime ante celebratōem. ⁊ in ceteris obſeruet̃ conſuetudo dyoceſis

# Sextum

Utꝝ ſint aliqua alia dicēda vel agēda ante celebratōem miſſe. Dubiū
Sol. In hoc attēdēda ē ꝯſuetudo dioceſ vel regionis ſue. Unñ vbi cō
ſuetū ē dicere iſtos ps. Quā dilecta. Benedixiſti. Inclina. Credi
di. De ꝓfundis. cū qbuſdā ꝑcib⁊ ⁊ collectis. Uel etiā qdā pſal-
mi ⁊ orōnes ad lotionē manuū ⁊ induitionē ſacraꝝ veſtiū. ⁊ in ac
ceſſu ad altare nō ſunt iſta omittenda. Solet etiā pmitti ꝯfeſſio
generalis publica ⁊ oſculatio altaris apud quoſdam thurificatio
q ſuo modo etiam obſeruanda ſunt. Arti. ij.

¶ Reſoluēs qttuordecim dubia occurrētia circa dicēda ⁊ agēda i miſſa.

I Que ſint dicenda ⁊ agenda in miſſa. ⁊ quomodo
Sol. Omnia illa ſunt dicenda ⁊ agēda eo mō quo ordinatio ac ꝯſue-
tudo dioceſis vel religionis celebrantis obſeruari precipit
ij Utꝝ ſacerdos i miſſa poſſit aliqd aliud dicere qȝ in miſſali teneat.
Sol. Magꝫ expedit ꝙ nihil aliud dicat. pt tñ cogitare aliq ad deuo-
tōez citātia. Unñ ſi affectū habeat ad aliq dicēda. illa cogitet mēte
iij Utꝝ ꝟba canonis debeāt dici ſecrete. ſic ⁊ orōes q ſecrete vocant
Sol. Sic propter multas cauſas quas non eſt opus hic recitare
iiij Utrum cetera preter canonem ⁊ ſecretam vel ſecretas ſi plures
aſtant debeant alta ⁊ audibili voce dici
Sol. Sic. nō eñ ſine cā eccl'ia fecit diſtinctōem inter canonē ⁊ alia dicē
da. p hoc eñ excitant aſtātes. Si tñ ſolus miniſtrans aſſit. q for-
taſſis (vt apud quoſdā religioſos ꝯſuetū eſt) poſtea ſit celebra-
turus. ⁊ ſub miniſtratōe ſe aliqliter recolligat meditādo nō vide
tur hac de cauſa neceſſariū. debet tamē ꝯſuetudo loci ſeruari.
v Utꝝ in memorijs viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ debeat aliqꝝ fieri noiatio. Dubiū
Sol. Nō ē neceſſe. pt tñ eos nominare ꝓpter deuotōnem augendam
vi Utrum ſacerdos cupiens aliquorum noiatim habere memoriā
poſſit ante celebratōnem hoc facere.
Sol. Expedit vt ita faciat. preſertim ſi publice ſit celebraturus vel ſi
multoꝝ memoriā noiatim habere velit. Sicut etiā expedit vt ce
lebraturus volēns dicere aliq ſpēlia ꝓ maiori deuotōe excitāda
circa ſumptionē ſacramēti. hoc faciat añ celebratōnem. vel etiam
ſub celebratione ſi miſſa in notis cantetur.
vij Utrum requiratur attentio celebrantis circa dicenda ⁊ agenda.
Sol. Quēadmodū nō neceſſario reqrit actual' intētio. vt ſup. ca. iij. ar
ti. iij. circa reſolutōem tercij dubij dictū ē. Ita etiā nō neceſſario
reqrit actualis ⁊ ꝯtinua attētio. ꝟtualis tñ attētio ſp neceſſaria ē
Eſt aūt ꝟtualis attētio ꝟtus qdā relicta ex actuali attentōe pre
uia ⁊ intentōne ꝑſeuerandi in tali actuali attentōne. Debet tñ ſa
cerdos adhibere diligentiā vt actualē attentōem retineat
viij Utꝝ ad digne ⁊ debite celebrandū reqrat deuotio in celebrante
Sol. Deuotio duob⁊ modis pt accipi. Primo ꝓ volūtate ꝓmpte tra
dendi ſe ex dilectōe ad ea q ꝑtinēt ad dei famulatū. Scdo ꝓ fer-
uore dilectōis q mens cū quadā ſuauitate ⁊ delectatōe eleuet ad
deū. Et ſm vtrūqꝫ modū duplex poteſt eſſe deuotio. Quedam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

em̃ eſt actualis. quando ſcꝫ actualiter voluntas prompte ſe tra-
dit diuino obſequio. vel mens actualiter feruet in dilectõne Alia
eſt virtualis. vt cum ex actuali ⁊ preuia deuotõne relinquitur q̄-
dam virtus que ad actus ſequentes concurrit. Circa actua-
lem deuotõem duo ſunt conſideranda. ſ. deuotio ipſa. ⁊ conatus
ad acquirendam eam. Circa officium miſſe etiam duo attẽden-
da ſunt. ſcꝫ miſſe celebratio. ⁊ ad celebrandum debita ꝑparatio
Sacerdos itaqꝫ celebraturus in ꝑparatõne circa examinatõem
et probatõnem ſuipſius tenetur deuotõnem habere ṗmo modo
dictam actualiter. hominis em̃ eſt preparare animum. De hac
deuotõne videtur eſſe intelligenda gloſa ṗma Chor. xi. dicens.
Indignus eſt qui non deuota mente accedit ad euchariſtiam.
Ad deuotõnem vero ſecundo modo dictam actualiter habẽdã
nõ tenetur. Ille em̃ feruor dilectõnis a domino gratuite datur.
vnde aliquando deſideratus dari denegatur. vel datus alicui
ſubtrahitur ſm ꝙ diſpoſitio eius meretur. vel ſm ꝙ ſaluti ſue do
minus nouerit expedire. Uerum tamen celebraturus tenetur
toto conatu illum feruorem deſiderare ⁊ poſſibilem diligentiam
adhibere. faciendo totum quod in ſe eſt vt ſibi detur. Nitẽdo om
nem teporem. diſtractõnem ⁊ euagatõnem mentis expellere. ⁊ ſi
aliquid huiuſmodi occurrat deliberate nõ tenere. hoc em̃ facien-
do nõ cenſetur indignus. ſed ſufficienter deuotus accedere. Un
de ſi pro tunc ille feruor ei nõ detur nõ debet ꝓpter hoc a celebra-
tione abſtinere. ſed abſqꝫ ſcrupulo celebrare. In ipſa autem cele-
bratione nõ requiritur de neceſſitate deuotio actualis primo mõ
accepta. ſed ſufficit ⁊ etiam requiritur virtualis ex actuali prece-
dente relicta. Licet etiam nõ requiratur actualis deuotio ſecũdo
modo dicta. eo ꝙ nõ eſt in libera poteſtate noſtra. requirit̃ tamen
et ſufficit deſideriũ cum poſſibili conatu actuali ad acq̄rendum
illam deuotõnem. ita ꝙ celebrans faciat quod in ſe eſt. cor ſurſuꝫ
eleuando prout ⁊ ipe aſtantes excitat ⁊ hortatur cum dicit. Sur
ſum corda ⁊c. Circa quod dr̃ Cypanus papa. vt habet̃ de ꝯſe.
diſt. i. ca. qñ. Ideo ſacerdos ꝑfatione ꝑmiſſa parat fratꝝ mentes
dicendo. Surſum corda. vt dum respondet plebs. Habem⁹ ad
dominũ. admoneamur nihil ſe aliud q̄ꝫ dominũ cogitare debere.
Claudatur contra aduerſariũ pectus. ⁊ ſoli deo pateat. nec ad ſe
hoſtem dei venire patiatur. hec ibi.

ix Utrum celebrans debeat ſtare capite diſcooperto

Sol. Sic. vt habet̃ de conſe. diſt. i. ca. Nullus. Niſi occurrat rationa-
bilis cauſa cooperiendi. Unde ſi quis abſqꝫ tali cauſa ſtat coop-
tus grauiter peccat. vt habetur eodem canone.

Dubiũ

x Cum quo debeat fieri ablutio poſt ſumptõnem ſanguinis.

Sol. Cum vino. vt habetur in ca. ex parte. de cele. miſ. Cuius ratio in
ferius in vltimo capitulo reddetur

xi Utrum ſacerdos poſt miſſam inceptam licite poſſit deſiſtere offi
cium ſuum non perficiendo.

Solō. Non debet niſi occurrat aliqua rationabilis ⁊ ſufficiens cauſa.
xij. Quid agendū ſit ſi ſacerdos poſt miſſam inceptā moriat̄. vel
in talē infirmitatē aut debilitatē inciderit vt nō poſſet ꝑficere.
Solō. Si aliquod iſtoꝝ ꝯtingat ante ꝯſecratōnem. nō eſt neceſſariū
ꝙ miſſa ꝑ alium ꝑficiatur. poteſt tamē fieri ſi aſſit alius ſacer/
dos diſpoſitus. ⁊ ille incipiat vbi pͦr dimiſit. qđ ſi neſciat po
teſt incipere a pͥncipio. Si vero aliquid p̄dictoꝝ contingat
poſt ꝯſecratōnem corporis ⁊ ante ꝯſecratōnem ſanguinis vel
poſt ꝯſecratōnem vtriuſq̧. tunc debet ſuppleri ⁊ ꝑfici miſſa ꝑ
alium diſpoſitum. Si autem contingat in prolatōne verboꝝ
conſecratōnis hoſtie verbis iam in parte prolatis, ſimiliter ꝑ/
ficiatur ꝑ alium qui incipiet ibi. Qui pridie ⁊c̄. Et ſi hoc con/
tingat in ꝯſecratōne ſanguinis. incipiat ibi. Simili modo ⁊c̄.
Sic etiam agendum videtur cum dubitatur vtꝝ pͦr ſacer/
dos inceperit verba ꝯſecratōnis proferre ⁊ nō perfecerit. Nec
reputandū eſt tunc fieri reiteratōnem. quia nō intelligitur rei/ Dubiū
terandū quod ambigitur eſſe factum.
xiij Quid agendū ſit ſi celebrāti ſanguis ꝑ nares erūpat ⁊ fluat.
Solō. Pauſare debet reclinando vel ſedendo donec fluxus ceſſet Ca
uere autem debet ne veſtes vel ſacra ꝑ ſanguinem coinq̄nentur
recipiendo illum vel in aliquo vaſe vel panniculo ꝓut diſcre/
tioni ſue melius conuenire videatur. Si autem ille fluxus re/
ſtringi non poſſet, neq̧ ſacerdos officium ꝑficere. tunc agendū
eſt vt in caſu dubij precedentis
xiiij Quid agendum eſt ſi ſacerdos omittat aliquid vel aliqua de
dicendis vel agendis in miſſa.
Solō. Si obſeruet ea que neceſſario ad ꝯſecratōem requiruntur cō
ſecrat. ſed tamē grauiter peccat ſi ſcienter omittat aliquid no/
tabile ex inſtitutōne vel ex ꝯſuetudine eccl'ie ad hoc officiū req̄
ſitum. vtputa miſſe introitū. epiſtolā. euangeliū vel hm̄oi. Si
autē aliquid modice reputatōnis vel ex negligentia omittat
minus peccat. diligenter tamē cauere debet ne hoc ꝯtingat

¶ Reſoluit quattuoꝛ dubia que occurrunt circa dicenda. agenda. ⁊ cauē Arti.iij.
da poſt miſſe celebrationem.

I Vtꝝ aliqua ſpecialiter ſint dicenda poſt miſſe celebratōnem.
Solō. Sic. primo nanq̧ ⁊ ante omnia dicende ſunt corde ⁊ oꝛe debi/ Dubiū
te ⁊ deuote gratiarum actiones Cum em̄ (vt ⁊ ipſe celebrās
in prefatione proteſtatur) dignum et iuſtum ſit atq̧ equum et
ſalutare. vt ſemꝑ ⁊ vbiq̧ domino gratie agantur. quia in nullo
loco vel tempoꝛe nobis beneficia ſua clemēter largiri ceſſat. di/
gniſſimum ergo iuſtiſſimum ⁊ equiſſimum eſt vt hoc fiat poſt
huius beneficij ꝑceptionem. ⁊ tanto diligentius atq̧ deuotius
quanto inter omnia beneficia hominibus a deo collata illud
vnum de maximis habetur. Nō ſolum autē ideo gratias age
re debet celebrans ne propter ingratitudinem de tanto benefi/

cio grauius iudicentur a domino. ſed ⁊ vt de tali gratias debi-
tas exhibens potiorum beneficiorum dignus efficiatur. ⁊ pre-
cipue vt ad craſtinam celebratõem vel ſaltem ſpiritualem iſti-
us ſacramenti ſumptõem ad quam ſemper tenetur eſſe diſpo-
ſitus preparatior reddatur. Semper enim celebratio precedens
diſpoſitio ac preparatio eſſe debet ad ſequentem. Magis au-
tem attendenda eſt in huiuſmodi gratiarum actione feruida
cordis deuotio ꝙ̄ prolixa labiorum oratio

ij Utrum poſt celebratõem aliqua etiã ſingulariter ſint agenda
Solõ. Sic. debet enim is qui celebrauit in omnibus timorate virtuoſe
et exemplariter ſe habere ⁊ in bonis occupationibus exerci-
tiiſ ſalutaribus conſolatõnem ⁊ delectatõem querere. vt in
meditando. pſallendo. orando. ſtudendo. ſcribendo. legendo.
docendo. ⁊ horas canonicas debite pſoluendo. ita ⁊ vt dya-
bolus numꝙ̄ eum ocioſum inueniat ⁊ ad futura dona parati-
or fiat.

iij Que ſint ſacerdoti poſt celebratõnem cauenda
Solõ. Maxime cohibenda eſt lingua ne loquatur leuia inutilia ſcu-
rilia vel doloſa verba. Sic etiam viſus cohibendus eſt ne vi-
deat vana. ⁊ ſuo modo ſenſus ceteri ſunt caute cuſtodiendi. pre-
Dubiũ cipue etiã crapula ⁊ ebrietas fugienda ſunt. ioca ⁊ ludi ſimi-
liter ſunt vitandi. Et vt hec faciliter poſſint fieri ſtudendũ
eſt ſumopere vt dicit beatus Gregorius ꝙ ſemper animus in
ſuo pondere ⁊ vigore ſeruetur ne poſtea eum fluxa cogitatio
diſſoluat ne vana etiam leticia mentem ſubrepat ⁊ lucrum cõ-
punctõnis animã p incuriã fluxe cogitatõnis perdat

iiij Utꝝ ſtatim poſt miſſe celebratõeꝫ ſit comedendũ vel bibẽdũ
Solõ. De iure nõ debet fieri. vnde de hoc dꝛ de ꝯſe diſt. ij. Si mane
dominica portio editur vſꝗ ad ſextã ieiunent miniſtri ꝗ eam
ſumpſerunt. Et ſi tercia vel quarta hora acceperint ieiunent
vſꝗ ad veſperas. Sed de ꝯſuetudine hoc ius non ſeruatur.
propter reuerẽtiam tamẽ tanti ſacramenti dignum eſt vt a ci-
bo ⁊ potu abſtineatur donec debite gratiarum actõ es ſint red-
dite ⁊ interea etiam ſpecies ſacramentales. veriſimiliter exiſti-
mentur corrupte.

## ¶ Capitulum ſeptimum de dubiis occurrentibus circa materiam ad conſecrandum aptam. videlicet panem et vinũ ſex comprehendit articulos.

¶ Reſoluit ſex dubia que incidunt circa panem conſecrandum ſiue ho-
Arti. i. ſtiam anteꝗ̄ conſecretur

I Quis ⁊ qualis debeat eſſe panis vt conſecrari ⁊ ex eo confici
valeat corpus chriſti.
Solõ. Debet eſſe triticeus aqua naturali confectus ⁊ azimus. id eſt
non fermentatus.

ii Quid agendū ſit ſi ſacerdos ꝑcipiat panē nō eſſe triticeum vł
alia aqua ꝙ̄ naturali confectum aut fermentatum
Solō. Si aliquid iſtorum percipiat ante inceptōem canonis panem
illum remoueat ⁊ aptum apponat ⁊ ſine reinceptōne procedat
Si poſt inceptōnem canonis ⁊ ante verba conſecratōnis re/ Dubiū
moueat vt ſupra patet ⁊ canonem reincipiat. hoc videtur' tuti
us ⁊ ꝯuenientius. Si poſt verba conſecratōis panis. ſiue an/
te ſiue poſt conſecratōnem ſanguinis. ante tamē ſumptōnem
panis remoueatur ille panis . et recipiatur aptus panis atqꝫ
conſecretur vt ſupra Panis vero ſuper quem prolata ſunt ver
ba conſecratōnis reuerenter tractetur ⁊ ſumatur a celebrante
poſt ſumptōnem ſanguinis vel a miniſtrāte. Si poſt ſumptio
nem illius panis ⁊ ante ſumptōnem ſanguinis recipiatur de
nouo panis aptus ⁊ conſecretur vt ſupra atqꝫ ſumatur. nō ob
ſtante ꝙ ieiunium ſit ſolutum per ſumptōnem panis non con
ſecrati. quia preceptum de perfectione huius ſacramenti ma/
ioris ponderis eſt ꝙ̄ ꝑceptum ꝙ hoc ſacramentū a ieiunis ſu/
matur. Si poſt ſumptōem ſanguinis . reponatur nouus pa/
nis aptus vt ſupra ⁊ nouū vinum. ⁊ cum repetitōne canonis
fiat noua conſecratio. vtriuſqꝫ tamē ſumptione ſacramentū ma
neat īꝑfectū. Si vero panis aptus ⁊ debit⁹ haberi nō poſſet Dubiū
ante ꝯſecratōem deſeratur miſſa incepta
iii Quid agendum ſit ſi panis percipiatur eſſe corruptus.
Solō. Quia panis corruptus dicit̄ qui ſubſtantiā ⁊ ſpeciem panis ꝑ
didit vel ex putrefactōe vel pre vetuſtate vel aliquo huiuſmo
di. quod percipi poteſt cum ꝯtinuitas ſoluitur. ⁊ ſapor. odor.
color. aliaqꝫ accidentia mutata ſunt. ideo nō eſt panis neqꝫ ꝯſe
crabilis. Si ꝑcipiatur aliquo modorum circa precedēs dubiū
expreſſoꝝ. agatur etiam eo modo quo ibidem dictum eſt.
iiii Quid agendū ſit ſi panis nō fuerit appoſitus. vel poſt appoſi/
tionē ablatus. ⁊ nō ꝑcipiat̄ donec veniat ad v̄ba ꝯſecratōnis.
Solō. Apponatur panis aptus. repetat̄ canon. ⁊ fiat ꝯſecratio illius
v Quid agendum ſit ſi panis ſit diſpoſitus ad corruptōnem. ſi/ Dubiū
cut notari poteſt ex aliqua mutatōne ſaporis vel odoris. vel ſi
habeat foramen vel fracturam aut ablata ſit aliqua particula.
vel non ſit rotundus vt moris eſt. vel habeat maculam vel ali
um defectum ſimilem.
Solō. Si aliquis iſtoꝝ caſuū occurrerit ⁊ ꝑcipiatur ante ꝯſecratōe ꝓ
pter reuerentiā ſacramēti remoueatur panis ille ⁊ apponatur
alius panis aptus. Si aūt alius haberi nō poſſit procedatur
nihilominus in miſſa ⁊ ꝑficiatur. niſi defectus adeo notabilis
fuerit ꝙ graue ſcandalū aſtantiū timendū ſit ſi ꝓcedatur. Si
vero poſt ꝯſecratōem ꝑcipiatur talis defectus vel in ipſa cōſe/
cratione tunc procedat̄ ⁊ ꝑficiatur officium.
vi Utrum in aliquo caſu licite poſſit ſacerdos legere vel cantare
miſſam ⁊ non conſecrare panem ſiue conficere corpus chriſti.

Solõ. In illo caſu licet. grauius tñ peccat preſbyter criminoſus ꝙ ſe celebrare ſimulat ⁊ nõ celebrat ꝙ̃ſi celebret. Prorſus itaqꝫ falſa remedia ſunt abijcienda que ſunt veris periculis grauiora.

Arti. ij. ¶ Reſoluit octo dubia que occurrunt circa panem ꝯſecratum ſiue corpus chriſti ante ſumptionem eius.

I Utrum ſacerdos conſecrans panem teneatur ſumere

Solõ. Quotiens ſacerdos conſecrat tenetur ipſe ſumere.

ij Utrum in predicto caſu teneatur ſemper totum ſumere

Solõ. Non ſemper tenetur. Si eñ ſacerdos ꝯſecret plures hoſtias ꝓ viatico infirmorum reſeruandas. vel pro alijs tunc diſponẽdas non tenetur niſi vnam ſumere. Si etiam aliquis ſub miſſa incideret in infirmitatem vbi immineret periculum mortis et non haberetur alia hoſtia ꝯſecrata debet ſacerdos illam hoſtiã (quã ipſe ſumpturus erat totam) diuidere ⁊ infirmo partem tribuere. Si etiam poſt ſumptõnem ſanguinis chriſti ⁊ ablutionem reperietur aliqua notabilis particula hoſtie conſecrate vel tota hoſtia ꝯſecrata. tunc illa particula ſeu hoſtia reſeruari debet ⁊ non pro tunc ſumi. vt infra tangetur

iij Quid agendũ ſit ſi deꝑhendantur alique particule ſuꝑ corporale. palla vel patena. que de hoſtia ꝯſecrata ſunt reſolute

Dubiũ Solõ. Diligenter recolligantur ⁊ ſumantur cum hoſtia ſumenda. vel cum ſanguine ante ſumptõnem ablutionis.

iiij. Quid agendũ ſit ſi ꝓpter frigus aut aliã cauſam accidentaliter hoſtia vel pars eius ceciderit in calicẽ de manu ſacerdotis.

Solõ. Si tota hoſtia inciderit nihil iterandũ eſt. ſed obſeruatis ceteris obſeruãdis ſumatur ſimul cũ ſanguine. Si vero pars aliqua in manu remãſerit frangatur illa. ⁊ pars vna mittatur in calicẽ. ⁊ procedatur vlterius more conſueto

v Quid agendũ ſit ſi ceciderit hoſtia ꝯſecrata vel pars eius ſupra terram. vel lapidem vel pannum. vel aliud conſimile.

Solõ. Statim reuerenter leuetur ⁊ reponatur illuc vnde cecidit. pq̄raturqꝫ diligẽter ſi alique particule de hoſtia reſolute ibi remãſerint. que ꝯſimiliter leuentur. Deinde locus vbi hoſtia iacuerit radatur. ⁊ abraſus cõburat᷑. cinereſqꝫ in ſacrario reponant᷑. Et ſi locus nõ poſſit ꝯuenienter ſtatim radi. circũſignet᷑ ⁊ cooperiat᷑ ne pedibꝫ tangatur donec cõmode radi poſſit. Si vero ſuꝑ pannũ. veſtem. vel aliud hmõi ceciderit valde diligenter excutiatur pars illa vbi iacuit ſuꝑ corporale vel patenam. Poterit inſuꝑ lauari. ⁊ aqua lotionis in piſcina mitti. Et vbi occurrerit caſus ꝙ ſacerdos nõ poſſet conueniẽter vel ſine graui ſcandalo leuare. vel ſi eſſet periculum in mora vt timeretur ꝙ animal brutum aut puer ſumeret. vel pedibꝫ ꝯculcaretur vł aliud huiuſmodi immineret. tunc debet reuerenter leuari a miniſtrante vel aliquo alio etiam laico ſi non aſſit alius ſacerdos et porrigi ad manum celebrantis.

vi Quid agendum ſi ſacerdos caſualiter tangat hoſtiam cum na
ſo mento barba veſte vel alio huiuſmodi

Solõ. Si notabiliter tetigerit. ita vt veriſimiliter timeri poſſit ꝙ ali-
qua particula minima hoſtie ibidē manſerit adherens. ſtatim
poſt ſumptōem hoſtie vel ante. ſi cōmode fieri poterit fricetur
cum extremitate patene ſup corporale illa pars naſi. menti vel
illius quo tacta fuit hoſtia. Deinde excutiat corporale ſup pa
tenā. ⁊ ſi aliquid ibi appareat de hoſtia. ſumatur vel mittat in
calicē ⁊ ſumat cum ſanguine. ⁊ nihilominus poſt ablutōem di
gitoꝝ diſcrete lauetur vel humectetur cum digito eadem ps
rei contacte. ⁊ abſtergatur cum pāniculo abſterſiuo quo calix
abſtergi ſolet. Si cum veſte vel alio conſimili tetigerit excutia
tur pars illa ſuper patenam vel corporale. ⁊ agatur vt ſupra
tactum eſt.

vij Quid agendum ſi hoſtia ꝯſecrata ꝑ ventum vel aliquo alio Dubiũ
modo fuerit amota de altari ⁊ amiſſa.

Solõ. Fiat diligētiſſima perquiſitio ad inueniendū hoſtiā. que ſi in-
uenta fuerit reuerenter reponatur ⁊ procedatur in miſſa Si ve
ro inueniri nō poſſit accipiatur noua hoſtia. reincipiat canon ⁊
conſecretur. deinde procedatur modo conſueto.

viij Quid agendum ſi cum ſumendū eſt ſacramentū corpus chri-
ſti miraculoſe appareat ſub ſpecie carnis vel pueri vel aliqua
alia nō conuenienti humane refectioni

Solõ. In tali caſu nō eſt ſumendum. nec propter hoc ſacerdos effici
tur tranſgreſſor precepti quo ſcꝫ mandatur vt ſacerdos conſe-
crans ſumere debeat conſecratum. quia que miraculoſe fiunt
legibus non ſubduntur

¶ Reſoluit ſeptem dubia circa panem conſecratum ſiue corpus xpi poſt Arti. iij
ſumptionem occurrentia.

I Quid agendum ſit ſi in ſumptione ſanguinis remaneat pars
hoſtie in fundo calicis

Solõ. Cauendum eſt ne infundatur vinum vt cum illo ſumatur. qꝛ
ſi cum vino ſumeretur ex quo vinum citius deſcenderet in ſto-
machum ⁊ preueniret deſcenſum illius partis hoſtie. tūc iam
ſolutum eſſet ieiunium. ⁊ ita ſacerdos nō ieiunus ſumeret. qđ
in hoc caſu non debet. cum aliud ⁊ facile remediū haberi poſſit
hoc videlicet vt digito conſecrato ducatur illa pars ad labiuꝫ
calicis. ⁊ inde ſumatur. poſtea digitus ſugatur ⁊ abluatur cuꝫ
vino. ⁊ illud etiam ſumatur. Dubiũ

ij Quid agendū ſi poſt ſumptionē ſanguinis reperiantur alique
particule ſiue reliquie reſolute de hoſtia

Solõ. Si certum ſit ꝙ ſint reſolute de hoſtia cōſecrata. ⁊ reperiātur
ante ſumptōem ablutōnis. ſtatim ſumant. Si poſt ſumptio-
nem ablutōnis reperiant. ⁊ ſit aliqua ita magna ꝙ poſſit abſqꝫ
periculo tractari ⁊ reſeruari. tunc reſeruet vſqꝫ ad ꝓximā cele-

brationem.in qua hoſtia ſumatur niſi graue ſcandalum timea-
tur euenire ex reſeruatõne. Si aũt omẽs ſint adeo parue ꝙ abſ-
ꝗ periculo tractari ꝛ reſeruari non poſſint. tunc ſumantur nõ
obſtante ꝙ prius ſumpta ſit ablutio. quia ꝗdiu ſacerdos ẽ in
actu ꝑfectionis ſacramenti ꝛ recollectõnis reliquiaꝝ. quicquid
fit dicitur fieri mox ꝛ in continenti nullo actu ꝯtrario interme
dio. id eſt quaſi ſimul ſumeret oĩa anteꝗ̃ cenſeaᷣ non ieiunus
Ubi etiam ſolutum eſſet ieiunium nõ obſtaret. quia p̃ceptuꝫ
de ꝑfectione ſacramenti minus eſt vt ſupra patuit. Cautũ ta-
men videtur vt ante ablutõnem reliquie diligenter ꝑquiranᷣ
et recolligentur atꝗ ſumãtur. Si vero dubium ſit vtrum reli-
quie iſte reſolute ſint de hoſtia ꝯſecrata. agatur tunc vt dictuꝫ
eſt. cũ hac tñ generali intentione ac conditione ſi ſint conſecrate

iij Quid agendum ſi poſt ſumptionem ſanguinis chriſti reperia-
tur aliqua hoſtia integra:

Solo. Si certum ſit ꝙ ſit conſecrata ꝛ reperiatur ante ſumptõem ab-
lutionis. ſtatim ſumi poteſt vel reſeruari. Sic etiam agenduꝫ
eſt ſi ſupermanſerit aliqua hoſtia de eis de quibus alij cõmu-
nicati ſunt. Si poſt ſumptõnem ablutionis inueniatur reſer-
uetur pro viatico, vel in ſequenti celebratione ſumatur. Si ve-
ro dubium an ꝯſecrata ſit agaᷣ tunc eodem modo vt dictũ eſt
cum hac tamen conditione ſi ſit conſecrata

Dubiũ iiij Quid agendum eſt ſi quis poſt ſumptõnem corporis chriſti
ſtatum patiatur vomitum

Solo. Reuerenter recolligantur ſpecies panis ſi diſcerni poſſint. et
reponanᷣ in ſacrario vel ſumanᷣ ab aliquo. ſi ſaltem aſſit aliꝗs
ad ſumendum diſpoſitus abſꝗ nauſea. ꝛ ea in quibus inuẽte
fuerint ſpecies comburãtur. ꝛ cineres in ſacrario recondantur

v Quid agendum ſi quis poſt ſumptionem ſacramenti ex infir-
mitate ſtatim emittat per ſeceſſum quod ſumpſit

Solo. Recolligantur ſpecies ꝛ fiat ſicut in caſu precedentis dubij.

vi Quid agendum ſi hoſtia conſecrata ꝛ reſeruata reperiaᷣ pu-
trefacta vel aliunde corrupta.

Solo. Reuerenter tractetur ꝛ in ſequentis miſſe celebratõne ſumaᷣ
poſt ſumptõnem ſanguinis. Si vero ſumi non poſſit recon-
datur in ſacrario.

vij Quid agendum eſt ſi hoſtia conſecrata comeſta fuerit a mu-
re vel ab aliquo alio bruto animali.

Solo. Si animal ſtatim apprehendi poſſit aperiatur corpus eius ꝛ
diligenter perquiratur tam in ore ꝗ̃ in inteſtinis. ſi alique ſpe-
cies inueniri poſſint. que ſi inueniantur recolligantur ꝛ recon-
dantur in ſacrario. corpus vero animalis comburatur ꝛ cine-
res ſimiliter recondantur.

¶ Reſoluit q̃ttuordecim dubia circa vinum priuſꝗ̃ ꝯſecretur incidẽtia.

Arti. iiij. I Quod ꝛ quale debeat eſſe vinum vt ſit aptũ ad conſecranduꝫ

Aqua vinata ſeu aqua ſuperfuſa ſuper aceruos vuarum poſt vinum expreſſum — q̄ꝛ non eſt vinum.

Debet eſſe vinū vitis de vua expreſſum. Et ideo nō poteſt hoc ſacramentum cōfici in

Agreſto. id eſt ſucco de vua immatura expreſſo.

Aceto

Vino — Malorū granatorū / Ꝺororum / Ceraſorum / Vitis adhuc in vua ↄtento — q̄ꝛ non eſt vinum

quia non expreſſum eſt de vua. ⁊ ſic magis habet rōnem q̄ debet comedi q̄ꝫ q̄ debet potari

Dubiū ij — Quid agendum eſt ſi loco vini fuerit aqua vel aliquis alius liquor poſitus in calicem ad conſecrandum

Solo. Si ſacerdos hoc percipiat ante conſecratōnem panis. ⁊ vinū nullo modo haberi poſſit. miſſam deſerat imꝑfectam nec vlterius procedat. Si autem vinum haberi poſſit effundat ꝑorem liquorem ⁊ imponat vinum purum cum aqua. procedatqꝫ vlterius nil repetendo Si vero percipiat poſt conſecratōem panis ⁊ ante conſecratōem calicis ⁊ vinum non poſſit haberi. procedat nihilominus corpus chriſti ſumendo abſqꝫ ſanguine ⁊ miſſam terminando. Sed ſi poſſit haberi vinum effundat liquorem ⁊ preparet calicem vt ſupra. procedatqꝫ ad conſecrationem calicis. incipiendo ibi ſimili modo. nihil repetens de prius lectis. Si autem percipiat hoc poſt conſecrationem calicis ⁊ ante ſumptionem atqꝫ diuiſionem hoſtie. tunc effundat illum liquorem in aliud vas qui poſtea propter reuerentiam verborum conſecratōnis ſuper ipſum prolatorū mittatur in piſcinam. imponatqꝫ vinum aqua mixtum in calicem quo facto accedat ad ↄſecratōem ſanguinis reincipiendo ibi ſimili modo. ⁊ deinde procedat more conſueto. Vbi vero vinum haberi non poſſet ſumendum eſt corpus abſqꝫ ſanguine. vt in caſu precedenti. Et ita etiam in ſequentibꝫ agendum eſt ſi vinum haberi nō poſſit. Sed ſi hoſtia ſit diuiſa et pars miſſa in calicem. tunc caute extrahat illam partem ⁊ reponat ſuper patenam. ⁊ liquorem effundat in aliud vas. quem poſtea ſumat poſt ablutōem. vel in ſacrario recondat ꝓpter reuerentiam hoſtie ↄſecrate impoſite in ipſum. deinde imponat vinum cum aqua. ⁊ reincipiat vt dictum eſt procedendo ad conſecratōem ſanguinis ⁊ quia illa pars hoſtie que extracta eſt de calice nō poteſt bene tractari ꝓpter humectatōem. ideo capiat illam partem hoſtie nō humectatā. ⁊ cū verbis ac ſignis ↄſuetis mittat in calicē. partē vero humectatā ſumat cū alia parte nō humectata. ⁊ ꝓcedat vlterius more ſolito Si ꝑo p̄dictū liquorē ꝑcipiat poſt ſuſceptōem corporis xp̄i. ante tamē ſumptōem ⁊ guſtatōem iſtius liquoris indebiti. tūc ſi

cut prius extrahat partem hoſtie miſſam in calicem. ⁊ reponat ſup patenam. ⁊ faciat cū liquore vt prius Imponatqꝫ vinum cum aqua. ⁊ ꝯſecret ſanguinē reincipiendo vt ſupra. Et vbi facienda ſunt ſigna ſuper calicem cum hoſtia anteqꝫ dicit̃ et etiā dr̄ cū dr̄ Pax dn̄i ⁊c. faciat ſigna illa abſqꝫ hoſtia ſup calicem. In ceteris procedat more ſolito. tandem ſumat partem hoſtie humectatā ⁊ poſtea ſanguinē ⁊ miſſam ꝑficiat vt conſuetum eſt. Sed ſi liquorē illum ſumere inceperit ⁊ adhuc in ore teneat vel partim deglutierit. dūmodo pars hoſtie in calice remanſerit emittat diſcrete ex ore in aliud vas. ⁊ extrahat partem hoſtie. ⁊ agat cum liquore ⁊ ceteris vt in caſu precedenti. Si aūt etiam partem hoſtie in os ſuſceperit. non tamē adhuc tranſglutierit. diſcrete ⁊ caute totum emittat ex ore in calicem deinde extrahat partē hoſtie vel ꝑticulas eius. ſi in particulas reſoluta fuerit. ⁊ faciat in ceteris vt ſupra. Si vero partem hoſtie cū liquore ſumpſerit. tunc niſi graue ſcandalū timeatur apponēda eſt alia hoſtia ꝯſecranda. ⁊ calix cum vino ⁊ pane p̄parandus. ⁊ reincipiendū eſt a canone. ⁊ vtrūqꝫ ꝯſecrandum atqꝫ ſumēdum. ſed ſi graue ſcandalum timeatur ex appoſitione noue hoſtie. tunc p̄paretur calix cum vino ⁊ aqua ⁊ incipiat̃ ab illo loco ſimili modo. ⁊ ꝯcludatur cum iſtis verbis (hec quotienſcunqꝫ feceritis in mei memoriā facietis) ⁊ ſtatim ſanguis ſic ꝯſecratus ſumatur. Nec obſtat in iſtis caſibꝫ ſolutio ieiunij quia p̄ceptum de ꝑfectione ſacramēti maius eſt q̄ꝫ p̄ceptuʒ de ieiunio. vt ſupra dictum eſt. In omnibꝫ etiam dictis caſibꝫ cuʒ tali cautela ⁊ diſcretione agendum eſt. vt quātum fieri poterit ſcandalum euitetur. Unde neqꝫ hoſtia neqꝫ calix iterato eleuari debet ſi prius facta fuerit eleuatio.

iij Quid agendum ſi impoſitum ſit vinum corruptum.

Solō. Quia vinum corruptum ſpeciem vini atqꝫ ſubſtantiam amiſit ſicut mutatio accidētiū demonſtrat. ideo nō eſt conſecrabile. Cum ergo ꝑcipitur eſſe corruptum aliquo modo⁊ expreſſorum in p̄cedenti dubio agatur tunc vt ibidem expoſitum eſt.

Dubiū iiij Quid agendum ſi vinum non ſit impoſitum calici. neqꝫ aliqs alius liquor ſed dimiſſus ſit vacuus.

Solō. Quā cito ꝑcipitur imponendū eſt vinum aqua mixtum ⁊ vlterius procedat. Si aūt vinum haberi non poſſit ⁊ fuerit ante cōſecratōnem panis. tunc miſſa deſeratur imperfecta. Si vero ꝯſecratio panis facta ſit procedatur in miſſa. vt circa ſecundum dubium huius articuli clarius expoſitum eſt

v Quid agendum ſi vinum ſit diſpoſitum ad corruptōem. non tamē corruptū eſt. vt ſi aceſcat vel ſi ſit pendulū aut fetidū vel immundū. aut alium conſimilem habens defectum

Solō. Si ꝑcipiatur an̄ ꝯſecratōem calicis. remoueatur ⁊ apponat̃ vinum aptum ſi haberi poſſit. Si aūt haberi nō poſſit. vel ſi percipiatur poſt conſecratōem procedatur ⁊ perficiatur officium.

vi Utrum in muſto poſſit confici hoc ſacramentum?
Sol. Poteſt bene confici ſed non debet. niſi fuerit defecatum vel puri-
ficatum. niſi neceſſitas cogat. qua cogēte poſſet etiam exprimi vi-
num de vua in calicem
vij Utrum vino conſecrando poſſint vue integre permiſceri.
Sol. Hoc fieri nō dꝫ. qm̄ ꝓhibitum eſt. vt habet᷑ de ↄſe. diſt. ij. ca. didi
cimus. Necꝫ ꝑmiſceri dꝫ vinū ex vua preſſum in calicem
viij Utrum confici poſſit hoc ſacramētum in nectare ſiue in vino cō- Dubiū
dito. aut per ſpecies aromaticas colato
Sol. Quādiu natura ꝛ ſpecies manet poteſt confici. non tamen fieri
poteſt niſi in caſu neceſſitatis
ix Utrum poſſit confici in vino puro abſcꝫ cōmixtione aque.
Sol. Poteſt. ſed nō debet. vnde ſi ſacerdos an̄ ↄſecratōem deprehen-
dat aquam nō eſſe cōmixtam ſtatim cōmiſcere debet
x Que ꝛ qualis debet eſſe aqua que vino permiſcenda eſt.
Sol. Aqua debet eſſe naturalis ſiue elementaris ꝛ pura.
xi Quanta debeat aqua vino admiſceri
Sol. Tam modica debet imponi ꝙ vinum in ſua natura ꝛ ſpē poſſit
permanere. ſi em̄ a natura ſua mutaretur non poſſet confici. Un-
de vna gutta que quātumcuncꝫ parua dūmodo debito tempo-
re fuerit impoſita vt poſſit fieri mixtio ſufficit. ꝛ precipue ſi vinuꝫ
fuerit debile
xij Utrꝫ ſufficiat ꝙ aqua fuerit vino admixta adhuc exñte in dolio.
Sol. Non ſufficit. quia em̄ commixtio illa ſacramentalis eſt. ideo fieri
non debet antecꝫ myſteria inchoentur vel fiat preparatio ad in-
choandum ꝛ ad tardius imminente oblatione. vt ſcilicet poſſit fie-
ri tranſmutatio aque in vinum
xiij Utrum quis licite poſſit non conſecrare vinum facta conſecra-
tione panis
Sol. Non poteſt licite. perfecta em̄ debent eſſe ſacramenta. Chriſtus
autem hoc ſacramentum ſub ſpeciebus panis ꝛ vini inſtituit. vn
de vtrūcꝫ offerri ꝛ conſecrari debet
xiiij Quid agendum ſit ſi ſacerdos deprehendat vinum eſſe conge-
latum in calice cum vult conſecrare
Sol. Sacerdos curam adhibere debet vt reſoluat᷑. vel ꝑ applicatōem
prunaꝝ. aut pāni calefacti. vel manuū calefactaꝝ. aut ꝑ infuſioneꝫ
vini calefacti vt recipiat ratōnem actualem potus. Si tamē non
reſolueret᷑ nihilominus poſſet confici. qꝛ ꝑ ↄgelatōem natura vi-
ni nō eſt corrupta. Hoc tamē caueri debet ꝙ̄tum poteſt.

¶ Reſoluit octo dubia que circa vinum conſecratum ſiue ſanguinē chri- Arti. v.
ſti ante ſumptionem occurrere poſſunt.

I Quid agendum ſit ſi ſacerdos poſt ↄſecrationem recolat vel de- Dubiū
prendat aquam non fuiſſe admixtam vino. vtrum videlicet ad-
huc debeat admiſcere
Sol. Nullo modo dꝫ aquā vino ↄſecrato admiſcere. qꝛ ſequeret᷑ co-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ruptio ſacramenti ad minus in aliqua parte. quod caueri debet ſi
fieri poſſit. ſʒ procedat ſine admixtione aque. Admixtio em̃ aque
nõ eſt de neceſſitate conſecratõnis ſed conſecrantis

ij Utrum ſacerdos ſemper teneatur ſumere ſanguinem

Sol. Quotienſcunqꝫ conſecrat tenetur ſumere. niſi irremediabile im=
pedimentum ſuperueniat. Si autem aliquis ſacerdos non cele=
brans communicando ſumat corpus chriſti. talis non debet ſan=
Dubiũ guinem ſumere. ſed vinum non conſecratum poſt ſumptionem
corporis.

iij Quid agendum eſt ſi ſacerdos ex quacunqꝫ cauſa non poſſit ſu=
mere vinum. ꝛ ita etiam neqꝫ ſanguinem ſumere valeat.

Sol. Si ſacerdos ſciat vel ꝓbabiliter timeat ꝙ nõ poſſit abſqꝫ nauſea
et periculo vomitus vel alio inconuenienti tantum vini ſumere
quantum ad conſecratõnem neceſſarium eſt non debet celebrare.
Et ſi miſſam inceperit ꝛ nondum conſecrauerit corpus inceptũ
deſerat. Si autem poſt conſecratõnem corporis ꝛ ante conſecra=
tionem ſanguinis ſentiat vel timeat ſe non poſſe ſumere ſangui=
nem. propter nauſeam ex inſpectione vel odore vini conſecrandi
vel alio huiuſmodi accidente non debet conſecrare ſanguinem. ſʒ
debet procedere ſicut in illo caſu vbi poſt conſecratõnem panis ca
lix deprehenditur vacuus vel liquore non conſecrabili paratus.
et nõ poteſt vinũ debitum haberi ad conſecrandum ꝓut tactum
eſt ſuperius articulo quarto in ſolutõne ſecundi dubij. Si vero
poſt cõſecratõnem ſanguinis ꝛ precipue circa tempus ſumptõis
eius hoc ſentiat vel timeat. tutius eſt ꝙ nõ ſumat. ſed reuerenter
atqꝫ diligenter reſeruet vſqꝫ ad ꝓximã celebratõem. in qua poſt
ſanguinẽ tũc ꝯſecratũ ꝛ ſumptũ ſumat illũ ſanguinẽ reſeruatum.

Dubiũ iiij Quid agendum eſt ſi cum ſumi debet ſanguis ſpecies vini ſit cõ=
gelata ita ꝙ non debite poſſit ſumi

Sol. Fiat reſolutio aliquo modorum ſuperius tactorum circa. xiij.
dubiũ articuli quarti. hoc tñ obſeruato ꝙ nullo mõ ſupinfundat
vinũ calefactũ. eadẽ rõne qua nõ dʒ admiſceri aqua vino ꝯſecra=
to. vt circa ꝑmum dubium huius articuli dictum eſt.

v Quid agendum ſit. ſi muſca aut aranea vel aliud huiuſmodi ce
ciderit in ſanguinem

Sol. Animal illud caute debet capi. ꝛ diligenter lauari ꝛ cõburi. ꝛ ab=
lutio cum cineribus in ſacrariũ mitti. Et ſi abſqꝫ horrore ꝛ peri=
culo ſumi poſſit. ſanguis ſumatur more conſueto. Si autem pro
pter horrorem vel periculum vel timorem vomitus ſumi poſſit.
tunc dʒ effundi in aliud vas ad hoc aptum. ꝛ cum reliquijs reſer=
uari. Nihil em̃ abhominabile ſumi dʒ occaſione huius ſacramen
ti. Et tunc ne ſacramentũ maneat impfectum debet aliud vinum
aqua mixtũ in calicẽ poni ꝛ vlterius procedi eo mõ quo ſuperius
circa ſcðm dubiũ articuli quarti expreſſum eſt ſm ꝙ añ vel poſt
ſumptionem corporis hoc deprehendatur.

vi Quid agendum ſit ſi ſacerdos ante ſumptõem ſanguinis depre=

hendat venenum eſſe immiſſum in calicem
Sol. Nullo modo debet ſumere nec alteri dare. ne calix vite vertatur
in mortem. ſed debet infundere in aliud vas aptum. ⁊ vlterius ꝓ
cedere modo in precedenti dubio expreſſo. Dubiū
vij Quid agendum ſit ſi ſanguis effundatur per negligentiam non
ex toto ſed in parte. vel aliquid ſtillauerit de calice
Sol. Quocunqꝫ ſanguis ceciderit extra calicem ſtatim reuerenter re
colligatur diſcretiori modo quo fieri poterit ⁊ in calicem refunda
tur. Si autem nullatenus recolligi poſſit tūc cito lambatur aut
abſorbeatur vel ſugatur per ſacerdotem ne vel defluat vel imbi-
batur a re illa ſuper quam ceciderit. Nec obſtat ſi nondum ſum-
pſerit corpus chriſti. quia neceſſitas hic cogit vt ſanguis ſuma-
tur ante corpus. ¶ Si vero ſacerdos non poſſet hoc tam cele-
riter facere. vel vbi de hoc graue ſcandalum timeatur ſi ipſe hoc
faceret. tunc poteſt ⁊ debet miniſtrans ad miſſam (ſi ſaltē ſit diſpo
ſitus ad minus per veram contritōnem ⁊ propoſitum confiten-
di ⁊ cum hoc ſit ieiunus ⁊c) hoc facere Et precipue ſi celebrans
verbo vel ſigno id iubeat Et ſi miniſtrans non fuerit diſpoſitus
poterit ⁊ debet hoc alius diſpoſitus facere. etiam ſi ſit laicus. ne
ceſſitate ad hoc vrgente. Melius eſt eñ id facere q̄ꝫ ꝙ enormis
irreuerentia fieret venerabili ſacramento. vtputa canis vel aliud
aīal inciperet lambere vel deſuper mingere aut ꝙ pedibꝫ ꝯculcet.
aut alia hmōi irreuerentia abhominabilis ꝯtingat. ¶ Si ꝑte-
rea ſanguis ceciderit in terram vel ſup tabulā aut alia hmōi poſt
actōem eoꝝ q̄ iā dicta ſunt radat locus quē tetigit ⁊ qd̄ abraſuꝫ
fuerit ꝯburat. ⁊ cinis intra altare vel ſacrariū recondat. ¶ Si
aūt ſanguis lintheū altaris vnū vel plura tetigerit. fiat poſt ſupra
dicta trina lotio illius vel illoꝝ cū aqua mūda calice ſuppoſito. vt
in illū aqua ablutōis recipiat. q̄ poſtea ſumat a celebrāte vel mi-
niſtrāte. Si tñ ꝓpter nauſeā ſumi nō poſſit. recondat talis ablutō
iuxta altare vel mittat in piſcinā. ¶ Silr etiā agendū ē ſi ſup ali-
quā veſtē ꝯſecratā ſanguis xpī ceciderit vel illā caſu aliq̄ tetigerit
¶ Si āt ſanguis ſup veſtē nō ꝯſecratā ceciderit vel tetigerit poſt
trinā ablutōem factā eo mō q̄ ſupra dictū ē illa ps veſtis reſcin-
dat ⁊ in altari vel ſacrario cū alijs reliquijs reponat. vl illa ps ve
ſtis igne cōburat. ſi ſacerdoti magis expediēs hoc videat. ⁊ cine-
res recondant iuxta altare vel ſacrariū vt ſup tactū ē. ¶ Tutum
etiā ē vt veſtis illa ſup quā ſanguis xpī ceciderit ad vſum poſtea
nō aſſumat. ſꝫ veſtis ꝯſecrāda cultui diuino apta ex ea fiat vel recō
dat vel ꝯburat. vt ſup dictū ē. Silr etiā mō agēdum videt ſi ſan-
guis xpī tetigerit capillos ſacerdotꝭ vel ceciderit ſup barbā eius
Fienda ē eñ ablutio capilloꝝ eo mō q̄ ſup dictū ē de veſte. ⁊ fiat
abraſio capilloꝝ vel barbe ⁊ cōburant ⁊ ponant cineres in ſacra-
rio. ¶ Si aūt ſanguis xpī tetigerit caput aut faciē vel aliā ꝑtem
corpis nudā. ſufficit ꝙ diligent ⁊ diſcrete lauet ⁊ de ablutōe fiat
vt ſup dictū ē de ablutōe veſtis ⁊ aliaꝝ rerum ⁊c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dubiū viij Quid agendum ſi ſanguis ex toto effundatur: ita ꝙ nihil peni-
tus maneat in calice quod ſumi poſſit

Sol. Si de effuſo aliquid recolligi poſſit vel lambi aut ſorberi aut ſugi
agendum eſt vt in ſolutōne ꝑcedentis dubij tactum eſt. Si autē
nullum iſtoꝝ fieri poſſit ne ſacramentū maneat imꝑfectum ꝑpa-
randus eſt calix de nouo cum vino ⁊ aqua. ⁊ vlterius ꝓcedendū
eſt ſicut in caſu quo calix poſt ꝯſecratōnem corporis vacuus deꝑ-
henditur vel inepto liquore ꝑparatus vt ſuperius arti.iiij.circa
Arti.vi. reſolutōnes ſecundi ⁊ quarti dubiorum expreſſum eſt

¶ Reſoluit ſex dubia q̄ circa ſanguinem poſt eius ſumptōem occurrunt

I Quid agendum ſit ſi ſacerdos poſt ſumptionem ſanguinis deꝑ-
hendat aliquam guttam adherere orificio calicis. vel exteri⁹ in
pede vel in alia parte calicis.

Sol. Si certus ſit ꝙ illa gutta ſit conſecrata: quia videlicʒ ſcit ſe poſt
preparatōnem calicis diligenter abſterſiſſe calicem tam exterius
ꝗ̄ etiam interius ab illo loco vbi ſtat vinum infuſum. tunc debet
ſumere illam guttam ante ſumptionem ablutōnis. Si autem ſit
dubius an ſit conſecrata ſumat ſub hac generali intentione ⁊ cō-
ditione ſi ſit conſecrata. Si vero certius ſit ꝙ nō ſit conſecrata ſu-
mat cum ablutione. vel poſtea abſtergat ſi exteri⁹ adhereat Quo-
modo aūt haberi poſſit probabilis certitudo in tali vel in alijs ca-
ſibus conſimilibus patebit ex capitulo ſequenti articulo primo
circa reſolutōem tredecimi dubij ⁊ ſequentium.

ij Quid agendum eſt ſi poſt ſumptōnem ſanguinis deprehendat
ſacerdos aliquam guttam vel liquorem ſpēi vini adherere caſule
vel manipulo aut alteri huiuſmodi.

Dubiū Sol. Si certus ſit de conſecratione iſtius gutte vel liquoris lambat
vel ſugat. ⁊ procedat vt ſuperius in ſolutōne ſeptimi dubij arti-
culi precedentis dictum eſt. Si vero dubitet. faciat hoc ſub con-
ditione vt circa precedens dubium dictum eſt. Si autem cer-
tus ſit ꝙ non ſit conſecratus liquor ille vel gutta. tunc non eſt cu-
randum de tali.

iij Utrum ſtatim poſt ſumptōnem ſanguinis debeat fieri ablutio
digitorum ſuper calicem Ex quo enī adhuc in calice remanſit ali-
qua ſpecies vini. vtputa humor quidā ſiue humiditas ſub qua
ſanguis continetur. tales ſpecies ſi vinum ſuꝑfundatur corrum-
perent. ⁊ ſic ibi deſinet eſſe ſanguis chriſti. Quid igitur agendū
ſit. vt ſumi poſſint abſqʒ corruptōne.

Sol. Circa hoc ſacramentū de poſſibilib⁹ eſt agendū qđ decentius
eſt. ⁊ pro maiori reuerentia tanti ſacramenti ꝯuenientius. Non
eſt aūt poſſibile vt ſpēs ſacramentales circa huius ſacramenti ce-
lebratōem diu manere poſſint incorrupte. immo neceſſe eſt vt ci-
to corrūpantur. Cum enī poſt ſumptōnem in ſtomachū deſcen-
dunt nō diu ꝑſiſtere poſſunt incorrupte. nō ſolū ꝓpter ſubſequen-
tem debite ablutōis ſumptōem. ſed ⁊ ꝓpter ꝯmixtionē humoꝝ in

ſtomacho etiam ieiuno pexiſtentiū. Sic etiā in deſcenſu ad ſtomachū ſi
ſint in parua aut modica quātitate corrūpuntur p admixtōem humoris
ſaliualis. Et pari rōne etiam in ore. pſertim cū poſt deſcenſum ſanguinis
adhuc remaneat in lingua z ore humiditas ſacramentalis. quā humor
ſaliualis qui maior eſt corrūpit Ab extra quoqꝫ hoc idē quandoqꝫ ne-
ceſſario contingit. Nam ſi poſt cautam etiam ſanguinis ſumptōem nō fi-
at abſterſio ſiue ablutio calicis. nihilominus humiditas in calice rema-
nens p exalatōnem ſiue circūſtantem aerem corrūpetur. z deſinet ibi eſſe
ſanguis chriſti Idem etiam contingit circa exteriorem ſuperficiem ca-
licis in ea parte qua applicatum fuit inferius labium ſacerdotis. Certuꝫ
eñ eſt ꝙ labio illo humectato humiditate ſacramentali etiam dicta pars
calicis humectat. Sic itaqꝫ caueri non pt quin ſpēs ſacramētales ille cor-
rumpantur z deſinat ibi eſſe ſacramentum. Abijcienda eſt igit omnis
penitus ſcrupuloſitas vbi ineuitabilis occurrit neceſſitas. Conuenietior
tamen modo z decentiori. vt diximus agendum eſt. z vbi occurrit difficul-
tas ſemper accipiendum eſt illud quod minus habet de periculo. Nō eñ
videtur modus conueniens ꝙ cum lingua calix exterius vel interius lam-
batur. z ita humiditas illa ſumatur vel abſtergatur. precipue ꝓpter ſcan-
dalum. neqꝫ faciliter hoc poſſit fieri quo ad humiditatem que adheret
fundo calicis. Sic etiam non videtur modus conueniens vt cum digito
humiditas illa abſtergatur. oportet eñ digitum poſtea abluere vel ſuge-
re. z vtroqꝫ modo ſpecies ſacramentales corrūperentur z non poſſent p-
uenire ad ſtomachum. Cum hoc etiam poſſet occurrere periculum. ſi vi-
delicet humiditas ſacramentalis ſubintraret inter vnguem z cutem digi-
ti vbi neqꝫ ablui neqꝫ exui faciliter poſſet. z ex hoc poſſent aſtantes attedi-
ari z ſcandalizari propter multiplicem immiſſionem digiti in calicē. z alia
huiuſmodi. Conuenientius ergo hoc modo agendū videtur vt ſacerdos
cum diligentia z cautela ſic pmo ſumat ſanguinē de calice vt nihil amplī-
us qd p labia extrahi poſſit in eo remaneat leuendo ſurſum vel erigēdo
pedem eius z declinādo ꝯcauū ipius verſus faciē. vel inter labia ſumen-
do z ſic tenēdo donec a fundo calicis tota humiditas q̄ defluere poſſet de-
fluat ad labiū calicis. diligenter tamē cauendo ne aliquid decidat z inde
ſumat p attractōem etiam cū anhelitu. z poſtqꝫ diligenter notauerit ꝙ ni-
hil amplius defluere poſſit abluat primo calicem ne aliquid de ſanguine
adherens remaneat in eo. z poſt ſumptōnem illius ablutōnis abluat di-
gitos ſup calicem. vt ſic z humiditas calicis z ſpecies panis. z ſi aliqd de
illa in digitis remanſerit totaliter abluatur z demū ſumat. Non ſit aūt ni-
mis parcus in vino circa ablutōem. ſed tantū capiat vt os z labia q̄ ſpecie-
bus ſacramentalib9 fuerūt humectata ſufficiēter ablui poſſint. z vt etiam
p labia ſic abluta poſſit ablui exterior pars calicis ſpēb9 ſacramētalib9 pri-
us humefacta. Valde autem cauendū eſt ne ſacerdos ſit nimis ꝓlix9 in
dicto modo agendi. vt nō generet tediū aſtantib9. Nec ſit etiam in modo
agendi ſingularis contra morem z ꝯſuetudinem dyoceſis vel religionis
ſue. vt aſtātes nō ſcādalizentur de ſua ſingularitate. vel de alijs ſacerdo-
tibus qui illam ſingularitatē nō obſeruant ſuſpicantes eos errare.

iiij Quid ſi ſacerdos poſt ſumptõnem ſacramenti vrgeatur ſpu-
to vel tuſſi ꝛc.

Solo. Ante ſumptõnem ablutõnis nullo modo expuendũ eſt vel ex-
tuſſiendũ aut exſcreandũ. ne ſic ſpẽs ſacramẽtales ꝛ ꝑ ꝯſequẽs
ſacramẽtũ eijciat̃. ſʒ ſputũ vel qđ vrget ad tuſſim aut ad exſcre-
ationẽ retineat̃ vel trãſglutiat̃. Si aũt ex nimia violẽtia hoc
fieri nõ poſſit expuat̃ vel extuſſiat̃ in aliqđ vas aptũ. vel in cali-
cem ſi aliud haberi nõ poſſet. vel in pãniculũ mundũ. ꝛ poſtea
materia illa ſi nõ appareãt aliq̃ ſacramẽtales ſpẽs in ea ꝯburat̃
et cineres in ſacrario reponant̃. Verũtamẽ ſi ſacerdos añ incep-
tionẽ miſſe ꝑſentiat ſe aliqua tali paſſione violẽter moleſtari.
tutius ẽ vt a celebratõe abſtineat. Si vero poſt ſumptõem de-
bite ablutõis qua ꝛ os ꝛ labia ſint ſufficiẽter abſoluta vrgeat̃
aliq̃ ꝑdictoꝝ. q̃uis nõ ſit amplius periculũ. tñ ꝓpter maiorẽ re-
uerentiã ſacramenti bonũ eſt vt abſtineat q̃tum pt quouſqʒ
aliũ potum vel cibũ ſumpſerit. Si tamen nimis vrgeat̃ eijciat
hmõi ſuꝑfluitates ad aliquẽ locum vbi nõ ꝯculcetur pedibꝰ
vel habeat ſecum pãniculum in quem mittat.

v Quid agendũ ſit ſi poſt ſumptõnem ſanguinis patiatur ſacer-
dos vomitũ vel ex infirmitate emittat ꝑ ſeceſſum qđ ſumpſit.

Dubiũ Solo. Sufficiẽter hoc ptʒ ex dictis. Si eñ ibi nõ poſſent dep̃hendi
ſpẽs ſacramẽtales panis. ex quo ſpẽs vini iã ꝑmixte ſunt alijs
humoribꝰ vt nõ poſſint diſcerni. q̃ fortaſſis corrupte ſunt. in-
uoluenda eſt illa materia in ſtuppa vel panno ꝛ cõburat̃. ꝛ cine-
res reſeruandi ſunt vt ſupra dictum eſt

vi Quid agendũ ſit ſi ſacerdos poſt ſumptõem ſanguinis depre-
hendat venenũ vel aliqđ aĩal venenoſum fuiſſe in calice. ꝛ illud
ſe ſumpſiſſe ſciat. an liceat eum vomitũ procurare.

Solo. Si per vomitum ſperet ſe liberare. ꝛ ꝑſertim ſi medicus ꝯſu-
lat tũc licet ei euomere. Hoc tñ caute fieri debet in aliqđ vas
mundũ. ꝛ ſi alique ſpẽs ſacramẽtales ibi appareãt recolligãtur
et in ſacrario reſeruẽtur. reliqua vero materia comburat̃ ꝛ cine-
res ſimiliter in ſacrario reſeruentur

## ¶ Capitulũ octauũ de dubijs q̃ circa debitã formã conſe-crationis iſtius ſacramenti occurrũt duos habet articulos.

¶ Reſoluit. xvi. dubia circa formam ꝯſecratõnis panis occurrentia

Arti. i. I Queſit ſufficiens ꝛ debita forma ꝯſecrationis panis

Solo. Forma eſt iſta. Hoc eſt eñ corpus meum

ij Vtrum hec coniunctio ( enim ) ſit de ſubſtantia forme ꝛ de ne-
ceſſitate etiam proferenda.

Solo. Nõ ẽ de ſuba forme neqʒ de neceſſitate ꝯſecratõis ſacramẽti.
nõ tñ debet ſcienter omitti. alioq̃n ſacerdos grauiter peccaret.

iij Vtrum ſacerdos ſi omiſſis omnibus alijs q̃ in miſſa dici ſo-
lent diceret ſolũ ꝑdicta verba ſuꝑ panẽ aptum ꝯſecraret.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Solo. Si ea diceret cum intentione ꝯſecrandi tunc ꝯſecraret. ſ; gra-
uiter peccaret faciens ꝯtra ordinem eccleſie. vnde in nullo ca-
ſu hoc faciendum eſt.
iiij Utrum ſacerdos ꝯſecraret ſi p̄dicta verba vel aliqua eoꝝ mu
taret q̄tum ad ideoma. ꝓferendo. ſ. in alio ideomate.
Solo. Si ꝑ h̄ intēderet inducere hereſim vel errorē in eccl'ia ꝛ formā
eccl'ie abijcere tanq̄ inutilē vel inefficacē ꝛ ſuā introducere q̄ſi
magis ſufficientē ꝛ efficatiorē nō ꝯſecraret. q꞉ deficeret in inte-
tione requiſita ad ꝯſecrandū. Si vero nullū p̄dictoꝝ intende
ret ſed ꝯſecraret ſm̄ intentōem eccl'ie. tunc bn̄ ꝯſecraret ſ; gra
uiter peccaret ritum ꝛ eccl'ie inſtitutōem nō obſeruans.
v Utꝝ ſacerdos ſi addat aliq̄ alia vba ad p̄dictā formā ꝯſecret
Solo. Si ꝑ talē additōem muteꝶ ſcatio vboꝝ vel ſenſus orōnis ita
q̄ diſtrahanꝶ a ꝓpria ſcatōne vel ſenſu nō fit ꝯſecratio. Si ve-
ro maneat ſcatio ꝛ ſenſus fit ꝯſecratio. ſed ſcienter ſic faciens
grauiter peccat rōne vt ſupra. Si tamē interponerētur multa
verba impertinentia per que ſolueretur continuitas oratōnis
tunc non fieret conſecratio.
vi Utrum ſacerdos ſubtrahens vel diminuens aliquid de pre-
dicta forma conſecret.
Solo. Si ſubtrahaꝶ aliqđ quattuor verboꝝ que ſunt de ſubſtantia
forme nō fit ꝯſecratio. Si vo ſubtrahaꝶ vel omittaꝶ aliq̄ ſylla- Dubiū
ba vel lr̄a ex cuius ſubtractōne nō impediꝶ ſcatio vel ſenſus ſi-
cut p̄t ꝯtingere in vltima ſyllaba vel lr̄a dictōnis tunc ꝯſecraꝶ
diligēter tn̄ cauendū eſt ne hoc fiat. Si aūt formidaꝶ q̄ impe-
dita ſit ſcatio vel ſenſus tutius eſt vt forma a p̄ncipio repetaꝶ
vij Utrum incongrue proferens verba ꝯſecratōnis ex imperitia
lingue vel inaduertentia vel alio huiuſmodi conſecret
Solo. Si ex incōgruitate nō impediaꝶ ſcatio verboꝝ vel ſenſus ora
tionis quin verus ſenſus forme conſecratōnis capiatur fit con
ſecratio. ſcienter tamen hoc faciens grauiter peccat. ratione ſu
perius expreſſa.
viij Utꝝ ſacerdos faciēs tranſpoſitōem vboꝝ ꝯſecratōis ꝯſecret
Solo. Sola trāſpoſitio vboꝝ nō impedit ꝯſecratōem. ſed tn̄ fieri nō
d;. Si aūt cū hoc varieꝶ ſenſus. tūc nō fierit ꝯſecratio. vt ſi in-
terrogatiue diceretꝶ. eſt hoc corpus meū. Aduertendū tn̄ circa
dictas variatōes vbi dictū ē q̄ nō impediūt ꝯſecratōnem hoc
veꝝ eſſe niſi q̄s ꝑ eas intēderet inducere hereſim vel errorē. ꝓ
ut tactum eſt in ſolutione quarti dubij precedentis.
ix Utꝝ ſacerdos faciens interuallū in prolatōe verboꝝ ꝯſecret
Solo. Si paruū faciat interuallū. vtputa ſi ſpuat vel tuſſiat vł aliud
hmōi faciat nō impediꝶ ꝯſecratio. Si vero magnū faciat inter
uallū. vt ſi poſtq̄ dixerit (hoc eſt) dormiat vel aliud faciat per
quod ꝯtinuitas orōnis ſoluatur non ꝯſecrat
x Quid agendū ſit ſi ſacerdos nō recolat ſe dixiſſe verba ꝯſecra-
tionis vel alia q̄ in celebratōne huius ſacramenti dici debent.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Capitulum

Solõ. Si certus ſit ſe omiſiſſe aliq̇d eoꝝ q̄ ſunt de neceſſitate ꝯſecra
tionis. reincipere debet a forma ꝯſecratōis ⁊ cetera ꝑ ordinē rei
terare ne muteꝛ ordo ſacrificij. Si ṽo ꝓbabiliter ei ꝯſtet ſe ali
q̇d omiſſe qḋ nō ē de neceſſitate ſacramēti vel ꝯſecratōis ꝓce-
dat vlterius ſine repetitōe. Si aūt nullū iſtoꝝ ſit. ſed ſolū nō re
colat ſe dixiſſe. nō dꝫ ex hoc mēte ꝑturbari. ſed vlterius ꝓcede
re. Nō eñ q̇ multa d̄t ſemꝑ recolit oīa q̄ dixerit ⁊ in multū aſ-
ſuetis ſepius nō deliberaꝛ. ideo minus recoluntur

xi Utrum ſacerdos ꝑ dictā formā poſſit ꝯſecrare panē abſenteꝫ.

Solõ. Non poteſt. ex quo eñ forma in ſe ꝯtinet ꝓnomē demonſtra
tiuū requiriꝛ preſentia materie conſecrande

xij Utrum ꝑ p̄dictam formam ſacerdos poſſit ꝯſecrare panem
p̄ſentem in quacunq̧ quantitate

Solõ. Poteſt. ſed nō debet in maiori quātitate ꝯſecrare q̄ꝫ neceſſariū
ſibi videtur pro cōmunicatione fidelium

xiij Utrum ſacerdos verba ꝯſecratōnis proferendo ꝯſecret om
nem panem p̄ſentem in altari. ſiue ſit extra reſeruaculum ho-
ſtiarum ſiue intra.

Solõ. Sacerdos ꝑ illa verba nullū panē etiā p̄ſentē ꝯſecrat niſi ſuꝑ
quē ferꝛ intētio eius ꝯſecrādi. ⁊ oēm talē etiā ꝯſecrat. ⁊ ſic oīs
alius panis quē nō intēdebat ꝯſecrare nō eſt ꝯſecratus.

Dubiū xiiij Utꝝ ſacerdos apponens plures hoſtias ꝓ populo cōicando
ꝯſecrans. ⁊ in ip̄a ꝓlatōe nō dirigens intentionē actualiter ad
oēs. ſed ſolum ad illam quam in manu tenet omes ꝯſecret.

Solõ. Si habeat intentōem virtualē ad ꝯſecrandū oēs. lꝫ nō habe-
at actualē. oēs tamē ꝯſecrat. De hac intentōe dictū ē ſuperius
caplõ. ij. arti. iij. in ſolutōe tercij dubij. Si in ꝯſecratōne illius
hoſtie quā in manu tenet oēs alias intēdebat excludere tunc
nullam aliam ꝯſecrat ſed ſolum illam quā ꝯſecrare intēdebat

xv Quid ſi ſacerdos intendat ꝯſecrare centum hoſtias ſiue par-
ticulas tot habens cōmunicandos. ⁊ appoſite ſint plures vel
pauciores q̄ꝫ centum. vtrum facta conſecratōne omnes ſint cō
ſecrate vel ſolum alique aut nulle.

Solõ. Si expreſſe ⁊ diſtincte intēdat ſolum centum ꝯſecrare cū exclu
ſione pluriū vel paucaꝝ. tūc nulla ꝯſecraꝛ. Si aūt habeat inten
tionē ad ꝯſecrandū omnes illas numeratas vel in loco ꝯſecrā-
daꝝ poſitas. lꝫ erratū ſit in numero. tñ omes ꝯſecranꝛ. Unde
cautū eſt vt ſacerdos plures hoſtias ꝯſecraturus oēs ſimꝛ añ
oculos ponat ⁊ intentōnem nunq̄ꝫ dirigat ad numeꝝ intendo
tot vel tot ꝯſecrare. ſed ad omes ibi ſimul poſitas

xvi Quid ſi multe ſint hoſtie appoſite etiā ſimul, vtputa centū vl
plures. ⁊ ſacerdos intendat ſolū decē ꝯſecrare ex illis. vtꝝ aliq̄
et que ſint ꝯſecrate poſt prolatōem verboꝝ ꝯſecratōnis.

Solõ. Si diſtincte diſcernat illas decē quas ꝯſecrare itēdit tūc illas
ꝯſecrat. Si vero ꝯfuſe ⁊ indiſtincte intēdat ꝯſecrare decē illas
nō notādo ⁊ diſcernēdo. tunc nullam conſecrat

¶ Reſoluit tria dubia que incidunt circa formam conſecratõnis vini. Arti. ij.

I Que ſit ſufficiens ꝛ debita forma conſecratõnis vini
Sol. Forma eſt iſta. Hic eſt enĩ calix ſanguinis mei noui ꝛ eterni te/
ſtamenti myſterium fidei. qui pro vobis ꝛ pro multis effundetur
in remiſſionem peccatorum. Dubiũ
ij Utrũ oĩa verba p̄dicta ſint de ſuba forme ꝛ neceſſario ꝓferenda.
Sol. Sicut hec ↄiunctio enĩ nõ eſt de ſuba forme ↄſecratõnis panis
ita nõ eſt de ſuba ↄſecratõnis vini. nõ tñ dȝ ſcienter omitti.
iij Quid ſignificet hec dictio calix in predicta forma
Sol. Significat liquorem vel ſanguinem in calice exiſtentem. Accipi/
tur enĩ figuratiue continens pro contento.

¶ Pro ſolutõe aliorꝫ dubiorꝫ q̄ circa dictã formã occurrere pñt notãda ſunt ea q̄ circa p̄cedẽte articulũ de forma ↄſecratõis panis dicta ſunt. Cõ ſimilia enĩ dubia circa hanc formã ↄſecratõnis vini occurrere poſſunt Et pariformes habent etiam ſolutões.

## ¶ Capitulum nonũ de intentione ac ratõne eorum que in miſſa dicuntur ſex includens articulos.

¶ Premittit diuiſionẽ totius miſſe in partes ſuas principales. Arti. i.

¶ Tota miſſa diuidit̃ in q̄nq; ptes. In p̄ma p̄mittit̃ p̄paratio ad di/ gne pficiendũ ea q̄ agẽda ſunt. In ſcđa fit oblatio eorꝫ q̄ ↄſecrãda ſunt In tercia fit ↄſecratio eorꝫ q̄ oblata ſunt. In quarta fit ſumptio eorꝫ q̄ ↄſecra ta ſunt In q̄nta reddit̃ gratiarꝫactio ꝓ ſumptorꝫ pceptione. Prima ps incipit ab introitu miſſe. ꝛ finit̃ añ canticũ offertorij. Scđa incipit a cãtico offertorij. ꝛ finit̃ añ p̄fatõem. Tercia incipit a p̄fatione. ꝛ finit̃ añ orõnem dñicã. Quarta icipit ab oratõe dñica. ꝛ finit̃ añ antiphonã poſt cõ. Quin ta incipit ab antiphona. q̄ vocat̃ poſt cõmunionẽ. ꝛ finitur in ↄcluſione to tius miſſe.

¶ Primam partem ſubdiuidit. intentõnemq; ac ratõnem ſingulorꝫ que in ea dicuntur. clare exponit. Arti. ij.

¶ Prima ps ſubdiuidit̃ in duas pticulas. In p̄ma nempe preparat̃ affectus quadruplr. ſ. ꝑ deuotõem. humilitatẽ. rectã intentõem. ꝛ grẽ ↄſe quutõem. ¶ Deuotio enĩ excitat̃ ꝑ laudis iubilũ in introitu. Humilia/ tio declarat̃ ꝑ miſerie gemitũ in Kyrieleyſon. ¶ Recta intẽtio explicat̃ ꝑ celeſtis glorie ↄcentũ in Glĩa in excelſis. ¶ Gratie ↄſequutio poſtulat̃ ꝑ orationis ſuffragium in Collecta.

¶ In ſcđa v̄o pticula p̄parat̃ intellect⁹ duplr. Primo diſpoſitiue ꝑ do ctrinã ꝓphetarꝫ ꝛ aplorꝫ in ꝓphetia vel epl'a ꝑ vite ꝑfectũ in graduali. ꝑ ſpi rituale gaudiũ in Alleluya. vel ꝑ cordialẽ luctũ in tractu. Scđo pfecte ꝑ euãgelicã lectõez in euãge. ꝑ catholice fidei ꝓteſtatõem in Symbolo.

¶ Subdiuidit ſecundam partem cum declaratõne intentionis atq; ratõnis eorum que in ipſa dicuntur. Arti. iij.

¶ Scđa pars in tres pticulas ſubdiuiditur. In prima nãq; p̄mitti/ tur offerentiũ cum laude exaltatio in cantico offertorij. In ſcđa exprimi/

tur ipſa oblatio in his verbis Spiritu humilitatis. Suſcipe ſancte.
In tercia petitur oblacõnis acceptio in orõne ſecreta. Et quia exigunt eleua-
tionem mentis ad deum. ideo ſingulis pmittitur Dominus vobiſcum.
Loco cuius cũ oratio ſecreta dicenda eſt pdicitur Orate fratres 7c.

¶ Terciam partem ſubdiuidit. 7 explicat intentõnem ac ratõnem il-
Arti. iiij. lorum que in ea dicuntur.

Prima pmittitur p excitatões populi ad deuotiones pparatio. in q
- Primo cõcluſio orõnis ſecrete expſſe pnunciatur — Per oia ſecu.
- Secundo a ſacerdote populus ſalutatur — Dñs vo.
- Tercio ppl's ad erectionẽ mẽtis incitatur — ibi — Surſum cor.
- Quarto ad grãs agẽdas ppl's exhortatur — Grãs aga.

Tercia ps ſubdiuiditur in pticulas qnq3. in qz

Scda ſubiungitur deuota xpi laudatio. pmo quo ad eius diuinitatẽ. dũ cõcinitur cũ angelis Sanctus ſcũs. ſcdo q ad ei9 humanitatẽ. dum canitur cum pueris. Bñdictus qui venit.

Tercia petitur cõſecrãde materie bñdictio 7 acceptatio. vbi
- Primo generalitur premittitur qd petatur quãtum ad
  - Oblatõem q dr ſacrificium. — Te igitur.
  - Offerẽtes 7 eos p qbus offertur. quorum ſalus poſtulatur — ibi — in pmis. p eccl'.
  - Eos quoq3 patrociniũ implorantur. in quorum etiã reuerẽtiam offertur — cõmu.
- Scdo ſpẽaliter 7 expreſſe cõcluditur qd p oblatõez hoſtie impetrandũ poſtuletur. ibi Hanc igitur.

In quarta pagitur conſecratio. vbi primo effectus conſecrationis poſtulatur. ibi. Quã obla. Secundo ipa cõſecratio conſummatur quantũ ad corpus chriſti. ibi. Qui pridie. 7 quãtum ad ſanguinẽ chriſti. ibi. Simili modo. Tercio rei conſecrate cõmemoratio explicatur. ibi. Unde 7 nemo

In qnta exprimitur virtus cõſecrati ſacramẽti poſtulatio. vbi
- Prio pmittitur qd petatur q ad
  - Grãm vbi petitur
    - Primo acceptari ſacramentum — Supra que.
    - Secundo dari gratie donum — Supplic.
  - Gliam p — ibi
    - Mortuis — Memẽto etiã
    - Viuis — Nobis quoq3
- Scdo petitio finitur. 7 inducitur mediator p quẽ petita obtineri ſperantur cum concluditur Per chriſtum dnm noſtrum 7c. Tercio tot9 canon cõcluditur. 7 oia circa pfectõem huius ſacramenti pacta in chriſtũ patris filiũ reducuntur. 7 pmo ea que

ſunt ex parte ſacramenti.ibi.Per quem .Secundo ex parte ꝑ
ſonarum in ſacramento operantium.ibi Per ipſum

¶ Subdiuidens quartam partem cum expoſitōne intentōis ⁊ rōnis ſingulorum que in ipſa dicuntur. Arti.v.

Quarta ps ſubdiuidit in duas pticulas In

Prima pⁿmittiť ad ſumptōem ſacramenti preparatio

Cōis q̄ fit ꝑ

Orōnem cōez.ſ.dn̄icam.vbi pmittiť exhortatio ibi Orem⁹

ꝑſumptōis excuſatō Precep.

ponit Celeſtis panis poſtulati. ibi. Ponē noſtrum quotidianū ⁊c.

Depcatōnem ſacerdotis ꝑuatam.ibi. Li.n.q.

Pacis ↄcupiſcentiā.q̄ a ſacerdote ꝓpl'o optatur. ibi. Pax dn̄i.⁊ a ꝓpl'o poſtulať.ibi.Agnus dei.

In miſſis tamen defunctorum vbi ſacrificiū nō pro pace preſenti.ſed pro futura requie offertur. tunc pax non poſtulatur.

Specialis.q̄ fit ꝑ pmam oratōnem ſacerdotis. vt cum dr. Dn̄e ieſu chriſte fili dei viui ⁊c.vel aliquā aliā oratōnem addit. Nā diuerſi diuerſas vel pro ſua deuotōe vl' pro locorum conſuetudine addunt orationes.

Scd̄a ſubiungitur ſacramenti ſumptio a ſacerdote.q̄ poſt pⁿuatā orōnem ſacramentū ſumit.ad quod debet eſſe diſpoſitus mō ſuperius capl'o.vi.arti.i.expoſito. Etiam oſtenditur ſacramenti ſumptio ab illis quibus per ſacerdotem diſpenſatur.

¶ Cōmuniter etiam ↄſueuerunt celebrantes poſt ſacramenti perceptionem quaſdam priuatas oratōnes dicere pro gratiaꝝactione.

Ut q̄dā dicūt:

Corp⁹ dn̄i noſtri ieſu xp̄i ⁊c.

Quod ore ſumpſim⁹ ⁊c. ꝓut eos deuotio vl' ↄſuetudo ꝓuocat.

Quaſdā alias orōes ſpeales

¶ Quod diſcretōni vniuſcuiuſq; relinquitur. Verūtamen meli⁹ videtur vt nihil vocaliter exprimatur.preter ea que in libro miſſali continētur.ſm q̄ dictum eſt ſuperius capitulo.vi.arti.ij.in reſolutōne ſcd̄i dubij ne ꝑ huiuſmodi verba ꝑmiſceanť diſcōtinuenť ⁊ interrūpanť ea q̄ ex inſtitutione vel ↄſuetudine eccleſie dicenda ⁊ ꝓferenda ſunt. Sed vt ibidem tactū eſt ſi q̄s habeat affectū ad aliqua alia dicenda. dicat in corde ꝑ cogitatonē.⁊ deuotam meditatōnem.Sic eñ ⁊ talis ꝑmixtio interruptio et diſcontinuatio vitabitur.⁊ affectus deſiderio ſuo non fruſtrabitur

¶ Quintam partem ſubdiuidit.intentioneſq; ac ratōnes eorum que in ea dicuntur explanat. Arti.vi.

¶ Quinta ps ſubdiuidiť in tres ꝑticulas. In pma fit accepti bn̄ficij cōmemoratio ꝑ antiphonā poſt cōmunionē q̄ cum quadā leticia canitur. In ſcd̄a redditur pro percepto beneficio gratiarūactio ꝑ oratōnem ſacerdotis que cōplenda dicit In tercia concluditur totius miſſe cōſummatio

ꝑ hec verba Ite miſſa ē. Benedicam⁹ dn̄o. vel Requieſcāt in pace. Ubi chorus vel miniſter grās agens rn̄det. Deo grās. vel defunctis requiem optans rn̄det Amen ad requieſcant in pace

¶ Capitulū decimū de rōne ꝛ ꝑatōne coꝝ q̄ in miſſa ꝛ circa eā agunꝰ cū breui epilogo ꝛ concluſione totius operis. duodecim comprehendens articulos.

Arti. i.

¶ Enumerat ea que in miſſa ꝛ circa eam aguntur

¶ In miſſa p̄cipue ſolēni ac circa eā decem generalia principaliter occurrunt per agenda

- I Lotio manuum.
- ij Thurificatio.
- iij Altaris oſculatio.
- iiij Sacerdotis ꝯuerſio ꝛ ꝑplī ꝑ eū ſalutatio
- v Geſtus variatio.
- vi Multiplex per cruces ſignatio.
- vij Hoſtie fractio.
- viij Partis hoſtie in calicem miſſio.
- ix Oſculi pacis traditio
- x Uini non conſecrati ſumptio

Arti. ij.

¶ Exponit ratōnem ꝛ ꝑcatōnem primi principalis quod circa miſſam et in ipſa occurrit peragendum

¶ Lotio manuū ante miſſam fit ad

- I Tractandū reuerēter ipm ſacramentū. Precioſa eīm tractare nō ꝯſueuerunt homines. niſi manibꝰ ꝑus lotꝭ. vn̄ indeces eſſet ꝙ ad tam ꝑcioſum ꝛ tam nobile ſacramentum tractandum quis accederet manibus que de facili inquinātur illotꝭ
- ij Incitandum celebrantem ad deuotōez et in eternū purificatōez quā intēdere dꝫ
- iij Inſinuandū ꝙ ꝯſecratur⁹ hoſtiā. lachrimis ꝯpunctōis lauare dꝫ ꝑus ꝯſcientiā
- iiij Significandū interiorē mūdificatōem.

¶ Un̄ ſacer Dyoniſi⁹ dr. ꝙ extremitatū ablutio ꝑcat ablutōez etiā a minimis peccatꝭ Hoc nāqꝫ repſentabat ablutio ſacerdotū i veteri teſtamēto

Añ oblatōez vł ꝯſecratōez ad ampliorē

- Reuerentiam ſatis exhibendam cum iam offerri ꝛ conſecrari debent.
- Deuotionem ꝛ puritatem incitandum
- Emundationem a peccatis ꝑcandā.

Lotio digitoꝝ in miſſa fit

Poſt ſacramēti ſumptōem ꝓpt

- Sacramēti reuerētiā. ne poſt tāti ſacramēti ꝯtactū digitꝭ nō ablutꝭ ſtati alia nō ꝯſecrata tāganꝰ.
- Periculi cautelā. vt ſi aliq̄d de ſpēbꝫ ſacramentalibꝫ adheſerit digitis ꝑ ablutōem tollaꝰ
- Mūdicie reuerētiā. ꝑcat eīm hec ablutio vt ſacerdos q̄ ꝑ ſacramēti ꝑceptōem ꝯſumiꝰ ee mūdat⁹ poſt celebratōem mūdiciā retineat ꝛ ne recidiuet

¶ Rōnem ac ꝑcatōem ſcđi ṗncipalis qđ circa miſſam agitur declarat. Arti.iij

I Sacramenti reuerentiā. vt ſcꝫ ꝑ thuris odorē expellat omnis malus fetor horrorem prouocans

ij Dyabolice malignantis repulſam. ne ſcꝫ ille malignus contra ſacrificium vel celebrantem aliquid machinari poſſit. huiōi em̄ fumo omnia demonia fugantur

Thurificatio ad miſſaꝫ ꝛ i ea fit ꝓpt

iij Deuotōem ꝛ orōem celebrantis ac aſſiſtentium ſignificandam que per ipſos ad deum dirigitur.

iiij Effectum gratie repreſentandum. qua ſicut bono odore chriſtus plenus fuit.

¶ Explicat rōnem ac ꝑcatōem tercij ṗncipalis qđ circa miſſam agit. Arti.iiij.

Altaris oſculatio an̄ miſſaꝫ et i ea fit ad

I Sacramēti ꝯſecrādi tractādi ꝛ ſumendi reuerentiam

ij Celebrantis amorem erga chriſtum excitandum

iij Dilectōeꝫ int̄ xp̄m ſpōſuꝫ ꝛ ecclīam ſpōſaꝫ repn̄tādā

iiij Deteſtabilē iude ꝓditoris oſculatōeꝫ ꝑcandā ꝓſertim quo ad illā oſculatōem q̄ fit poſt ſacramenti eleuationem cum đr. Ex hac altaris participatōne ꝛc.

¶ Quarti ṗncipalis qđ in miſſa agitur rōnem ꝑcatōnemꝗ exponit. Arti.v.

Verſio quintuplex quintuplicem manifeſtatōem chriſti in die reſurrectōnis ſue factam ſignificat.

Sacerdotꝭ ad populū Salutatio q̄ fit Septē vicibꝫ. quinq̄es videlicet cū ſe vertit ad populū. ꝛ bis cū ſe nō vertit. vt cum đr in p̄fatione. Dn̄s vobiſcū. Et poſt hoſtie fractōem. Pax dn̄i ſit ſp vobiſcū. ſeptiformē ſpūſſancti grām ꝑcat.

¶ Explicat rōnem ac ꝑcatōem quinti ṗncipalis qđ in miſſa agitur Arti.vi.

Geſtus ṗncipal' variatio eſt ſextuplex

I Brachioꝝ extēſio q̄ ꝑt Extēſionē brachioꝝ xp̄i i cruce

ij Eleuatio Directōem orōnis ad deum.

iij Cōiunctio manuū Cōiunctōeꝫ cordis cū ore. oris cū ope fidei cū opibꝫ charitatis

iiij Cācellatio Affixionem chriſti in cruce

v Digitoꝝ .ſ. pollicꝭ cū idice copulatio q̄ fit Propt̄ ſacramēti reuerētiā ꝛ ꝑiculi cautelaꝫ ne ſi aliq̄ ꝑticula digitis adheſerit diſꝑdat Ad ꝑcandā copulatōnem capitis cū membris. id eſt chriſti cum eccleſia.

vi Corpꝭis inclinatio q̄ fit ad Rep̄ſentandā humilitatem ꝛ obedientiam chriſti ex quibus paſſionē ſuſcepit. Incitandū celebrantem ꝛ aſſiſtētes ad humilitatem ꝛ deuotionem.

¶ Rōnem ꝛ ꝑcatōem ſexti ṗncipalis qđ in miſſa agitur declarat Arti.vij.

Multiplex ſignatio ꝑ cruces fit ad rep̄ſentandū modū ꝛ ordinē dominice paſſionis. Et q2 illa paſſio q̄buſdam gradibꝫ fuit pacta. Quedā em̄ paſſionis ptes crucifixionē preceſſerunt. ꝛ q̄dam in cruce ꝯſummate ſunt Ideo etiā q̄dā cruces fiunt ad repn̄tandū ea q̄ paſſus eſt dn̄s an̄ crucifixionē. vt ille q̄ fiunt an̄ ꝯſecratōem. Quedā vero fiunt ad repn̄tandū ea que in cruce vel poſt crucem facta ſunt. ſicut ille q̄ poſt ꝯſecratōnem fiunt

Perficit aũt iſta ſignatio p decem vices

Cruce

i. Triplici ſub ill'ṽb — Hec dona / Hec munera / Hec ſcã ſa. — ad repñ/tandum — Traditõnem chriſti factã a deo patre. iu/da z iudeis.

ij. Triplici ſub ill'ṽb — Benedictã / Aſſcriptam / Ratam — Venditoẽz pfe/ctã a ſacerdoti/b9 ſcrib z phari/ſeis vl'vẽditõis pciũ .ſ. trigita denarioꝝ.

iij. Ubi addit' du/plex crux ſub illis verbis — Corpus / Sanguis — ad repñ/tandum corpis — Judã venditorẽ / Chriſtũ venditũ

Benedixit.

iiij. Cruce vnica i ꝯſecratõe ſanguis ſub illo ṽbo — Benedixit.

Ad repñtandũ pſignatõem paſſionis chriſti factã in cena p huius ſacramenti inſtitutõnem ſub ſpecie panis z vini Vel ad repñtandũ paſſionẽ chriſti in copore z anima.

v. Cruce qntupli/ci ſub illis ṽbis — Hoſtiam puram / Hoſtiam ſanctã / Hoſtiã imacul'. / Panẽ ſcm̃. v. e. / Calicẽ ſa. ppe. — Ad repñtandũ pla/gas qnq ſiue vulne/ra quinq pncipaliã corporis chriſti.

vi. Triplici ſub illis verbis — Corporis / Et ſanguinis ſump. / Cum benedictione.

Ad repreſentandum corporis chriſti extenſionem in cruce ſanguinis effuſionem. z paſſionis fructum

vij. Triplici ſub illis verbis — Sãctificas / Viuificas / Benedicis — Ad repñtandum triplicẽ xpi orõnem in cruce. ſcz p pſequutorib9 liberatõne a morte. z adeptionẽ glorie

viij. Cruce Triplici ſub illis verbis — Per ipm / Et cũ ipo / Et in ipo — Ad repñtandũ tres horas qb9 xps in cruce pependit. quia ab hora ſexta vſq ad nonam

ix. Duplici ſub illis verbis — Deo patri omnipotenti. / In vnitate ſpiritusſancti.

Ad repñſentandũ ſeparatõem anime chriſti a corpore

x. Triplici ſub illis verbis — Pax dñi / Sit ſemp / Vobiſcũ — Ad repñtandũ chriſti reſurrectõnem tercia die factam.

Arti. viij ¶ Exponit rõnem ac fcatõem ſeptimi pncipalis qḋ agitur in miſſa.

Hoſtie fra/ctio fit ad — Obſeruandum formam quam chriſtus circa confectio/nem huius ſacramenti tenuit. Ipſe em̃ panem fregit zc.

# Decimum

Hoſtie fractio etiam fit ad — Repñtandũ — Paſſionẽ chriſti. in q̄ corpus xp̄i vulnerationibꝫ fractũ ſiue diuiſum fuit.
Diſtinctõnem corporis chriſti myſtici ſm diuerſos eius ſtatus

¶ Rõnem ⁊ ſcatõnem octaui pncipalis quod in miſſa agitur declarat. Arti. ix.

Circa miſſionẽ ptis hoſtie in calicẽ aduertendũ ẽ q̄ hoſtia frãgit̃ primo in duas medietates. ad deſignãdũ duplicẽ ſtatũ p̄deſtinatoꝝ. ſcȝ eoꝝ q̄ ſunt in eterna glia. ⁊ eoꝝ q̄ ſunt in tpali miſeria. Jlla nãqꝫ medietas q̄ ex manu dextra ſup patenã indiuiſa collocat̃ ſcat; p̄deſtinatos q̄ iam adepti ſunt beatitudinẽ q̄ p dextrã intelligit̃. Alia xͦo medietas q̄ in ſiniſtra manu retinet̃ in duas ptes diuidit̃. quaꝝ vna medietati ſup patenã collocate cõiungit̃. ⁊ ſcat illos q̄ ſunt in purgatorio. q̄ q̄dẽ lȝ beatitudinẽ nõdũ habeant. ſunt tñ certi de ea. Altera xͦo ps q̄ poſt hãc diuiſionẽ in dextra tenet̃ mittit̃ in calicẽ. ⁊ ſcat p̄deſtinatos adhuc in ſeculo viuẽtes. q̄ qꝫuis de beatitudine habẽda certi nõ ſint. illã tñ xtute paſſionis ⁊ ſanguinis xp̄i ꝯſequent̃. licet p multas tribulatõnes q̄ p calicem ſcantur.

¶ Aſſignat rõnem ⁊ ſcatõem noni pncipalis quod in miſſa agitur Arti. x.

Poſtq̄ ſacerdos dixerit. Agnus dei ⁊c. oſculat̃ librum vel altare vel aliud ſm ꝯſuetudinẽ loci. Et deinde miniſtꝝ vel imaginẽ vel tabulã per eundẽ ſibi porrectã. q̄ vlterius exhibet̃ aſtantibꝫ oſculãda. Primo iõ vt celebrans nõ ſolũ cũ deo pacẽ ſȝ ⁊ cũ ꝓximo ſe habere ꝓteſtet̃. Scdo ideo vt alij oſculantes ꝓfiteantur ſe eſſe coniunctos in vnitate fidei per chriſtum in ara crucis immolatum.

¶ Rõnem ⁊ ſcatõem decimi pncipalis quod in miſſa agitur exponit. Arti. xi.

Poſt cõmunionẽ ⁊ calicis ac digitoꝝ cũ vino ablutõem ſumit̃ illõ vinũ Primo iõ vt reliquie ſpecieꝝ ſacramẽtaliũ (ſi q̄ in ore remanſerint) cũ illo trãſglutiant̃. Scdo iõ vt p hoc ſcet̃ q̄ ſacerdos deinceps manere debeat mundus; ⁊ ſeruare ſaporẽ ⁊ odorẽ vini ꝯpunctõis ⁊ triſticie in corde gratiaꝝ actões ⁊ leticie in ore. recte ꝯuerſatõis ⁊ iuſticie in vita ⁊ opere

¶ Superius determinata breuiter epilogans ⁊ hoc opus concludens

Ea q̄ circa officiũ miſſe q̄ ad miniſtꝝ celebrandi locũ. tp̄s. ac cetera in ſummario hu⁹ opis notata dubitatõem ingerere pñt ſub ꝯpẽdio ſatȝ reſoluta putam⁹. Nã ſi aliq̄ alia occurrãt ex his q̄ definita ſunt diligẽter ꝯſideratis facil̄r ſolui pñt. Sollicite p̄terea curet ille p cu⁹ negligentiã error aliq̄s cõmiſſus fuerit vt debitã ſup illo pniam agat. Et q̄z iuxta ſacrorũ canonũ ꝯſtitutões q̄dã defect⁹ ſpẽalẽ exigũt ſatiſfactõem tutũ ẽ vt in caſibꝫ difficilibꝫ p̄lat⁹ ſupior ꝯſulat̃ cui tales ſunt reſeruãdi. Nõ lateat deniqꝫ lectorẽ doctores diuerſos circa q̄dã in ſupioribꝫ dicta nõ vniformiter. ſȝ ſepi⁹ ꝯtraria ſentire. vñ fieri nõ p̄t vt ſinguloꝝ ſñias imitemur. Sȝ hoc nobis ſufficiat vt oĩ affectu ad opinãtes ſecluſo id qđ nobis verius aut magis ꝯgruũ viſum eſt definiuerim⁹ ad gloriã ieſu xp̄i. q̄ cũ patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ benedictus Amen.

¶ Explicit reſolutoriũ dubioꝝ circa celebratõnem miſſaꝝ occurrentiũ. Impreſſum Colonie p Henricũ Quentell. Anno dñi. M.ccccci.

Arti. xii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] ... [illegible]

q locu n [illegible] loci [illegible] dimissio [illegible] locu [illegible]

[illegible] eod loco [illegible] si locus [illegible]

[illegible] a loco [illegible] locus [illegible]

[illegible] locus [illegible] de nuo corpe [illegible]

magnitudinem [illegible]

[illegible] ex loco [illegible]

[illegible] loci [illegible] locata [illegible] motu [illegible]

[illegible] loco [illegible]

locat [illegible] locus [illegible]

[illegible]

[illegible] locu n ee [illegible]

[illegible] locu ee sit cu locato [illegible]

[illegible]

[illegible] loco [illegible] locus [illegible] locat [illegible]

[illegible] loco [illegible] locato [illegible]

[illegible] de putto [illegible]

[illegible] loco [illegible] loco [illegible] locus [illegible]

[illegible] loco [illegible] locus [illegible] locatu [illegible]

[illegible] locus [illegible] loco [illegible] locus [illegible]

[illegible] locus [illegible]

[illegible] locus [illegible] locatu [illegible]

[illegible] loco [illegible] locus [illegible]

[illegible] locu [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
5974

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN